AEGIDII ROMANI COLVMNAE, ARCHIPRESVLIS BITHVRICENSIS, ET SACRAE THEOLOGIAE DOCTORIS FVNDATISSIMI: ORDINIS HEREMITARVM SANCTI AVGVSTINI. TRACTATVS AVREVS DE LAVDIBVS

diuinæ ſapiētiæ, per quas tanq̄ per gradus quoſdā peruenitur ad cognitionē illius diuinæ et infinite ſapiētiæ

ET AD AMOREM ILLIVS INDVCIMVR,

ut tandem illa perfruamur. Accuratisſime caſtigatus, & in lucem primo editus.



PATAVII

Apud Io. Baptiſtam Amycum, expenſis Petri Antonii Alciati.

M. D. LIII.

GVLIELMI VENETI EXASTICON.

Q ui cupis hætercam celſam conſendere turrim,
I d nobis munus contulit Aegidius
H inc exempla petes puris è fontibus hauſta
Q uorum præſidio pigritiem excuties
H uc properes, nec te moueat, quia parua uidentur,
S æpe ſub exiguo corpore, multa latent.

REVERENDISSIMO IN CHRISTO SACRARVM LITERARVM PROFSSORI, MAGISTRO CHRIſtophoro Patauino, totius ordinis diui Auguſtini Moderatori: deuotiſſimus filius. F. Zacharias Mediolanenſis. S. D.

CVM ego extremã uix dum pueritiam egreſſus Reuerendiſſime pater, in eorũ hominum ſummam laudem ac gloriam, qui ſe totos rerum cognitioni tradidiſſẽt, omnem meam cogitationem ac animum defigerem atq; intenderem, uſq; adeò excitata, & ducta eſt in me incredibilis illa diſcendi cupiditas, quæ ex Ariſtotelis uiri planè diuini ſententia, in noſtris omnium animis ac mentibus à natura ipſa inſita eſt, ut exinde ſolam uirtutem amplecti, illam colere, illam admirari cœperim. Præterea nihil. In eo autem totus fui occupatus, ut rerum ueritatem, quas minime perſpectas atque cognitas habebam, nullis deterritus laboribus, quantum in me eſſet, aſſequerer. Intelligebam enim eam eſſe ueritatis uim, quæ tanquam clariſſima quædam lux, à noſtra planè rudi intelligentia, ac notione ignorationem omnem quaſi caliginem depelleret. Quandoquidem ex hac uera caducarum mortaliumq; rerum cognitione, mens noſtra ueluti per gradus quoſdam, ad perfectam, ac abſolutam ſupremæ illius cauſæ ſcientiam, à qua omnino perficitur, conſcendit. Tunc ſanè homo mortalitatis ſuæ oblitus, ex mortali immortalis, ex terreſtri cœleſtis euadit: Quippe qui humanarum rerum actione contempta, ad diuinarum contemplationem totum ſe confert. Et ita, ueluti Deus tandem ex homine factus, cum æterna illa & nunq̃ errante ueritate coniungitur, ac in ea tanq̃ in ſua ipſius fœlicitate conquieſcit: propterea quòd ab illa, perinde atque è fonte quodam, lumen quoduis, unde inſcitiæ noſtræ tenebræ expelluntur, emanat. Quemadmodum uero, ex doctiſſimorum hominum exemplis didici, nobiliſſimæ partis noſtræ perfectionem in uirtute, ac ueritatis cognitione eſſe poſitam, & conſtitutam, ſic contrà, ex indoctorum infamia, ac turpitudine, quantũ ei detrimenti afferat imperitia facile cognoui. Ex utriſq; tamen par utilitas, cùm is fœlix in primis habeatur, qui alienis periculis prudẽtior factus, quid faciendum, quidùe fugiendum ſit, intelligit. Quòd autem non minus in uno utilitatis, quàm damni in altero inſit, hinc facile percipi poteſt,

In probemio meth. & Tulius in quæſtionibus Tuſculanis.

quòd ut ex ipſis rebus, illæ perfectiſsimæ, maximeq́; utiles indicantur, quæ
finem ſuum conſequuntur, contrà, uanæ & inutiles, quæ, quò referantur, non
habent: Sic in doctis hominibus ratio, quæ certam, ac propoſitam ſibi me-
tam propria operatione attingit, numeris omnibus abſoluta in indoctis ac
ignaris inchoata & imperfecta dicitur, quòd ijs careat functionibus, quibus
ad eundem finem deducatur. Hinc fit, ut cùm uarij homines ad uarias actio
nes animum ſuum applicent, uarios diuerſosq́; fines nanciſcantur: Ex quo
fit, ut mens ſua ipſius dignitate, atq; excellentia orbata, à propria ui, ac na-
tura deſciſcere, & quaſi adulterari cogatur. Id quod cùm prudentiſsimi ui-
ri intelligerent, dixerunt, huiuſmodi homines in feras planè conuerti, quòd
Circa finē *rationem, quæ ſemper (ut diuinitus ab Ariſtotele dictum eſt) ad optima quæ*
primi ethi. *que nititur, appetitui ſubijcientes, ad omne flagitiorum genus, ferarum*
more, ſe trahi permittant: Et id quidem iure optimo, cū ueluti belluæ quæ-
dam in unius appetitus ſeruitutem adducti, ad eum, ut ad finem ſuum omnia
referant: idq́; perſuaſum habent, ſe poſſe in genitis & creatis rebus ea repe
rire omnia, quæ in uno tantum totius mundi cōpactore, atq; effectore Deo
2. de aïa. t. *uerè & excellenter inſunt. Cùm autem finis id ſit, à quo res ipſæ nomen ſuū*
c.33. *nanciſcuntur, non eſt mirum, ſi quemadmodum homo, cùm ad Deum, tanq̄*
ad ſuum finem ſe ſe adiunxit Deus uocatur, ſic ij nil aliud, quàm quòd bel-
luarum eſt proprium, ſpectantes, eodem nomine appellentur. Quamobrem
pſal.49. *cùm eximius ille, & uere regius Propheta Dauid de primi hominis igno-*
rātia loqueretur, qui ſe ſuaq́; commoda, & rerum caducarum potius, quàm
Deum Opt. Max. ſequi uoluit, non immerito illum ijs animantibus, quæ o-
mnis rationis planè ſunt expertes, comparauit: propterea quòd, cùm in ſum
mo honore eſſet collocatus, ſummum Deum, qui immenſa quædam bonitas,
ac animorum noſtrorum perfectio eſt, non cognouit. Ex iis itaq; ſatis (ut
opinor) cōſtat, quantum utilitatis ac gloriæ, maiorum noſtrorum exempla
nobis afferant: quæ res, cùm ita ſe habeat, mirari ſoleo, quid ſit, quòd eorum
libros, quos nobis ueluti theſauros quoſdam ſummis laboribus congeſtos re
liquerunt, tam paruifaciamus. Quòd ſi exiſtimaremus, uim aliquam auri,
uel argenti, ab illis defoſſam fuiſſe, quot, quantaq́; diligentia, non modò indo-
cti, ſed periti etiam homines, ut illius potiri poſſent, omnia perquirerent,
ac inueſtigarent? Id ne ex noſtrorum hominum inſcitia proficiſci contende-
mus? Quis non intelligat, in noſtro hoc præclaro, atq; longè lateq́; patenti
collegio, complures in omni diſciplinarum genere, excellentes uiros exiſte-
re? Verum ſit omnibus doctrinis, ac bonis artibus priuatum: illa certe uaria
ac multiplex optimarum pulcherrimarumq́; rerum cognitio, quæ in te uno

eſt, ad hunc noſtrum ordinem illuſtrandum, ac amplificandũ ſatis uideri poſ ſit. Aſſeremus ne forte, quod permulti huiuſce noſtræ tempeſtatis homines aiunt? qui, cùm parum, ne dicam, nihil, norint, antiquorum tamen uigiliis, ac lucubrationibus minime nobis opus eſſe affirmant. Iſti ſanè in animum ſuũ induxerunt, ſe pingui illa ſua Minerua, res à natura inuolutas poſſe perue ſtigare, Ariſtotelem ipſum, ſine interprete aſſequi. Humanas quidem leges, ſine ullo doctore, diuinas uero, abſque ueterum prophætarum ſpiritu, atq; ullis ſimplicium Apoſtolorum uiua uoce æditis concionibus intelligere. Hoc ipſum de caſtiſſima, ac maxime integra ſanctiſſimorum doctorum doctrina, ac deniq; de immenſis laboribus, altiſſimisq; grauiſſimorum Theologorum contemplationibus affirmant. Hi profectò illorum per ſimiles mi hi eſſe uidentur, qui noctu, in denſiſſimis tenebris nullo prælucente aliquod iter facientes, ad extremum ſe in foueam aliquam præcipites decidiſſe ſen tiunt: nam ſinè illorum luce, quæ à maioribus ſcripta ſunt à ſe ſe ignorationis tenebras expellere conantur. Hoc eſt, cur dicant, quod in ore omnium ferè uerſatur, homines ſcilicet recentiores eſſe ingenio longe perſpicaciori, quàm ueteres. Hoc autem non ea fit de cauſa, quòd noſtri ſeculi homines ſint antiquioribus ſubtiliores; ſed quòd illorum libris horum cognitio nititur. Id quod exemplo ad hanc rem ſanè quàm accomodato Aegidius ſcriptor luculentiſſimus oſtendit. Nemini inquit dubium eſt, quin ſi puer quiſpiam, in humeris prægrandis alicuius gigantis innitatur, is longius, & acrius, eo ipſo gigante, ſit proſpecturus, ob eam rem tamen non fit, q; puer ille ſit, ſtatura proceriore, quàm gigas, ſed quia illius ceruice ſuſtinetur, propterea eminentior factus, acutius, & remotius cernit. Sic dicas licet de noſtri temporis hominibus, eos inquam, priſcis ſcriptoribus, acriori ingenio uideri, quòd & ſuis, & illorum doctiſſimis comentationibus utantur. Ergo, dicat aliquis, ſiis nos uſque adeo antiquorum authoritati addictos eſſe, ut ne latũ quidem, quod aiũt, unguem, ab ea liceat diſcedere? minime uerò, nõ ingenii acie illis præſtaremus. & qui antiquorum ſcriptis contenti, ulterius non progrediuntur, illi quidem ad philoſophandum minime idonei eſ ſe mihi uidentur. At illi eò cognitionis non peruenerunt. quid tum poſtea? non afficies tamen, quin ad ueritatem indagãdam aditum nobis patefecerint, multoq; quàm antea faciliorem, & uiam, & rationem illius aſſequendæ oſtenderint. Quamobrem eſt, cur illis magnopere debeamus in maximã uero ingrati aĩ notã incurrimus, q; in tantis bonis tã negligẽter nos gerimus. Verũ enimuero ſi qui ſint, penes quos, illa ipſa ueterũ ſcripta extent, cur, ut illi decreuerunt, eadem ad poſteritatem non tranſmittant? ut bonum illud, quo p

pauci fruuntur, ad omnium utilitatem in lucem proſtratur? Quid eſt, quod tot clariſſimorum uirorum opera in ſitu, ac ſqualore diutius iacere permittamus? Equidem ſi quod maxime cupio, id maxime poſſem, de me uno tãtum cõquererer. Sed, cum id iure facere minimè queam, has meas querelas apud alios non immerito deplorare cogor. Ego itaq; Reuerendiſſime. P. incredibili maiorum, ac Aegidij in primis noſtri, ſingularis cuiuſdam eruditionis amore incenſus, decreui, ut hic illius libellus, cùm hanc typographi commoditatem nactus ſim, nunc primum ſub tuo nomine appareat. Cupio nanque, ut omnes firma, ac maxime certa cognitione, q̃ in hoc ſcriptore continetur, adducti, expulſa rerum ignoratione, diſcant, quo pacto ad ſummam illam; & æternam ueritatem perueniant. Has autem lucubraciunculas qualeſcunque eæ tandem ſint, quas ut hic auctor, è tenebris in lucem euocaretur, complexus ſum, tibi. p. ampliſſime dicare uolui: primũ, ut te ad eorũ memoriam excitarem, quæ pollicitus es: nimirum breui fore, ut per multa maiorum noſtrorum ſcripta adhuc incluſa, in ueritatis lucem proferas; deinde, ut intelligas, ea beneficia, quæ in me pro tua ſingulari humanitate contuliſti, uſq; adeò animo meo inhærere, ut mei quidem potius obliuiſci, q̃ illorum nullo pacto poſſim: poſtremo, ut tibi dono darem, quod auctoritate tua eſſet digniſſimum. Nã cùm uaria uarijs hominibus cõueniant: Fabrilia fabris, Aratrum ruſticis, Canes uenatoribus, Arma Militibus, Honores ac magiſtratus laudis et gloriæ cupidis; Auaris opes, ac fortunæ: tibi certe, qui in omni uirtutum genere es peritiſſimus, hic liber iure optimo debebatur. Quapropter cùm tu Reuerendiſſime P. ſis non modo uirtutis ſtudioſiſſimus ſed illius ẽt (ut liquidè norunt omnes) defenſor acerrimus, has uigilias, cuiuſmodi ſunt, ea qua ſolitus es, quaq; à me offeruntur, beneuolentia ſuſcipias, uehementer rogo: quod ſi, (ut ſpero,) abs te factum fuerit, mihi quidem animũ, cum primum ſe ſe occaſio obtulerit, ad longe egregia, & præclara magis facienda dederis. Vale, meiq; (ut antea feciſti) memor eſto.

Patauij. III. Calend. Septemb.

1 Cap. In quo oſtenditur, quæ & quot ſunt tractanda in toto iſto tractatu, & qui ſit ordo dicendorum.

2 Cap. In quo oſtenditur ꝙ ſeptem ſunt laudes diuinæ ſapientiæ, & quomodo adaptantur ad expoſitionem huius authoritatis, eructauit cor meum uerbum bonum.

3 Cap. In quo oſtenditur, quomodo ex ſeptem laudibus diuinæ ſapientiæ poßimus accipere ſeptem gradus, per quos aſcenditur ad diuinam ſapientiam, & ex hoc accipere ſeptem dona ſpiritus ſancti.

4 Cap. Vbi clare agitur de ſufficientia donorum, & ubi clarius oſtenditur, quõ ſcdm paſſignatos ſeptẽ gradus, accipiuntur ſeptẽ dona. S.S.

5 Cap. In quo ponitur continuatio ad dicenda & in quo oſtenditur quõ ex prima laude diuinæ ſapientiæ uidelicet ex plenitudine eius, ſcire poßimus qualiter debeamus credere, & quæ & quot ſunt credenda.

6 Cap. In quo oſtenditur quõ ex ſecũda laude diuinæ ſapientiæ uidelicet ex altitudine eius ſoluatur ſcda q̃ſtio, quõ ſcire poſſumus qd ſpandũ.

7 Cap. In quo agitur, quõ ex tertia laude diuinæ ſapiẽ ut ex eius rectitudine, ſoluatur tertia quæſtio, quõ uidelicet perfectè debemus de peccatis pœnitere, potisſime fiet ſi ſciuerimus quæ & quot bona facit pœnitentia.

8 Cap. In quo oſtenditur quomodo intelligenda ſunt uerba Aug. de bonis quæ facit pœnitentia quantum ad potentias, perfectiões potentiarũ actione & modos agendi.

9 Cap. In quo oſtenditur, quomodo intelligenda ſunt uerba Augu. de bonis quæ facit pœnitentia prout per eam in finem tendimus.

10 Cap. In quo demonſtratur, ꝙ ſi uolumus plene conformari rectitudini diuinæ ſapientiæ, debemus de peccatis noſtris plenè contriti confiteri, & ſatisfacere, & quid eſt contritio, & propter quas cauſas debemus de peccatis noſtris conteri.

11 Cap. In quo oſtenditur, ꝙ confeſſio quæ eſt ſecunda pars pœnitentiæ habet animam decorare, & ꝙ propter quinque cauſas debemus ſacer dotibus confiteri.

12 Cap. In quo oſtenditur, ꝙ ſatisfactio quæ eſt tertia pars pœnitentiæ propter quinque cauſas eſt neceſſaria pœnitenti.

13 Cap. In quo oſtenditur ex quarta laude diuinæ ſapientiæ, ut quia in illa relucet infinita bonitas per eam à creaturis participatam, ſoluitur quarta quæſtio qualiter Deus ſit diligendus.

14 Cap. In quo oſtenditur, quomodo ex modo dilectionis diuinæ ſapientiæ ſcire poſſumus, quæ, & quot, & quo ordine ſunt ex charitate diligenda.

15 Cap. In quo oſtenditur, quæ, & quot bona facit in nobis diuinus amor ſiue dilectio charitatis.

16 Cap. In quo oſtenditur, quomodo ex quinta laude diuinæ ſapientiæ; uidelicet, quia eſt omnibus propinqua, & proxima, ſoluitur quinta quæſtio: qualiter debemus Deum timere, & ei in omnibus obedire.

17 Cap. In quo oſtenditur quomodo ex ſexta laude diuinæ ſapientiæ, quod omnia in omnibus operatur & omnimode fœcunda ſoluitur ſexta quæſtio, qualiter pro beneficijs ſuſceptis debemus Deo gratias agere.

18 Cap. In quo oſtenditur, quomodo ex ſeptima laude diuinæ ſapientiæ, quia illa ſapientia eſt ſic efficax, et uirtuoſa ſoluitur ſeptima quæſtio quomodo eſt Deo in omnibus ſeruiendum.

TABVLA ALPHABETICA SENTENTIARVM EX HOC OPERE COLLECTARVM.

De litera. A.

Gens creatum in actione ſua indiget continuatore.i. uirtute ſupad
a dita, quum non agat per ſua ſubſtãt iam. Cap.xvij.fo.37.li.32.
Aliud eſt perdere munitiones & fortitudines, aliud eſt contrahere uitia oppoſita. cap.8.fo.17.li.9.
Amare eſt uelle alicui quæ putamus eſſe bona. cap.13.fo.25.li.4.
Amor filiorum maior eſt erga patrem q̃ erga ſeipſos. cap.14.fo.28.li.32.
Amor de rõne ſua hẽt q̧ ſit uirtus unitiua amãtis cũ re amata.c.15.f.31.l.28
Amor & ſcientia differunt., quia ſcientia aſſimulat & amor transformat. ibidem. li. 26.
Amor ponit rem extra ſe (ſecundum Dionyſium) et collocat ipſam in re amata. cap.15. fo.32.li.7.
Amor charitatis, ſecundum quem ordinem procedat transferendo nos ad Deum. ibidem. li. 27.
Amor æternorum retrahit nos a peccato. cap.4.fo.7.li.28.
Angeli etiam ſunt proximi noſtri, qui poſſunt nobis miſericordiam impartiri. Cap.14.fo.28.li.6.
Angeli (ſecundum Dionyſium) proprias ignorant uirtutes (reſpectu dei intelligendum eſt.) cap.15.fo.32.li.2.
Angeli intelligunt ſe per eſſentiam ſuam. ibidem.fo.31.li.29.
Anima ſiue potentiæ aïæ in tres partes diſtinguũtur & q̃uo. c.18.f.40.l.10
Appræhendere bene, pertinet ad donum intellectus. cap.4.fo.7.li.9.
Articuli fidei quos debemus credere qui et quot ſunt. cap.5.fo.11.li.6.
Articulorum ſeptem pertinent ad diuinitatem & ſeptem ad humanitatem. ibidem. li. 8.
Ars non progreditur in opus niſi per imperium uoluntatis.c.16.f.34.li.2.

De litera. B.

Beatitudo quæ erit in aïa in patria redundabit in corpora.c.14.f.29.li.13
Ex bonitate diuinæ ſapientiæ, ſcire poſſumus qualiter Deus ſit diligendus. cap.13.fo.25.lin.6.
Binarius non habet rationem principij ſed unitas. cap.17.fo.36.li.17.
Bonum dicitur æqualiter enti. ibidem. li. x.
Bonitas diuina tripliciter poteſt conſiderari. cap.13.fo.26.li.3.

A

Bonum noſtrum magis reſeruatur in deo q̃ in ſeipſo. cap.14.fo.28.li.24
Bona quæ nobis uel alis uolumus ſunt in triplici ordine. ibidem.li.28.
Bona exteriora ſunt diligenda quodammodo propter finem & propter beatitudinem : ca.14.fo.29.li.36
Omnia bona noſtra in tres partes diuiduntur, in animam, corpus, & res exteriores. cap.18. fo.4.li.9

De litera C.

Carnalia figere eſt initium ut quis ſeipſum cognoſcat. cap.4 fo.8. li.7
Charitatis modus, non habet modum (ſecũdum Gregori.) c.13. f.25. li.17
Charitatis amor q̃ & quot bona faciat in nobis. c.15. f.32. li.8
Calor qui eſt in materia non habet omnem rationem caloris. c.17. f.37.l.15
Cauſæ rerum dicuntur dicere Dei. ca.16.fo.34.li.3
Ea quæ ſunt cauſatorũ per amplius inſunt cauſis. cap.6.fo.13.li.25
Cognitio per ſimilitudinem aliquando eſt maior quàm per eſſentiam. cap.15. fo.32.li.26
Compoſitum ex duobus, ſemper ſupremum ſumit nomen totius. cap. 14. fo.27. li.ultima.
Confeſſio & pulchritudo conuertuntur. cap.11. fo.22.li.4
Confeſſio eſt neceſſaria propter quinque rationes. cap.11.fo.22.li.25
Confeſſio rite facta, ad auget gratiam. cap.11.fo.23. li.6
Confeſſio figurata fuit leuitici.4. ca.11.fo.23.li 3
Omnis conatus in bonum habemus ab ipſo deo. cap.13.fo.26. li.13
Quare credendum eſt alicui. cap.5.fo.9.li.15
Credere debemus eo modo quo reuelatum eſt nobis à diuina ſapientia. ca.5. fo.9. li.10
Credere deum & in deo, eſt credere diuina eo modo quo inſpirata ſunt à Deo. cap. 5. fo.10.li.14
De creditis fit duplex diſtinctio. ca.5.fo.x.li.2
Credendi modus eſt triplex iuxta triplex genus credentium.c.5. fo.x.li.17
Corpora, quinque conſequuntur ex ſuo pondere. cap.15.fo.30.li.8
Contercre eſt aliquid, imminutas partes facere. cap.10.fo.21.li.1
Contritio eſt dolor de peccatis. cap.10.fo.21.li.5
Cor noſtrum nunq̃ quieſcit in aliquo qđ dependeat ex alio & qđ ordinatur ad aliud, ſed in eo quod ad nihil ulterius ordinatur. ca.6.fo.12.li.30

De litera D.

Deus ſolus poteſt quietare cor noſtrum. c.6.fo.13.li.7

Deus ſolus poteſt anullata etiam idem numero reſtaurare. ibidem.li.8

Deus non ē effectus alterius nec ordinatur ad aliud. ibidem li.3

Deitas & trinitas ſolum ſibi nota eſt. cap.5.fo.9.li.17

Deus quia eſt bonitas infinita ſecundum omnia noſtra.ſ.ex tota mente ex toto corde ex tota anima & ex omnibus uiribus diligendus ē.c.13.f.25.l.x

In ſolo deo debemus ſperare ad quem omnia ordinantur & in quo intellectus noſter quietatur. c.6.fo.12.li.32

In ſolo deo debemus ſperare,quia quum ſit cauſa omnium poteſt nos ēt ſi eſſemus anullati,idem numero reſtaurare: c.6.fo.13.li.9

In ſolo deo debemus ſperare quia omnes deffectus noſtros cognoſcit: c.6.f.13.li.18

In ſolo deo debemus ſperare,quia quum in eo reperiantur perfectiones omnium cauſatorum,& poteſt omnia in omnibus,ſolus poteſt deſideria omnium complere: ca 6.f.13.li.29

In ſolo deo debemns ſperare qui poteſt animam noſtram replere, & ſatiare. cap.6.fo.14.li.13

Deus eſt cauſa efficiens & conſeruans omnium: cap.13.fo.26.li.23

Deus autem eſt ſumme diligendus quia eſt finis & beatitudo noſtra: Cap. 14.fo.29.lin.7

Deus non habet cognitionem de re creata per eſſentiam rei create, ſed per eſſentiam ſuam: cap:15.fo.32.li.30

Deus eſt ubique tribus modis & quomodo. c.16.fo.33.li.8

Deus eſt ubique per ſapientiam ſuam omnia conſpiciendo omnibus dominando,omnia producendo & conſeruando: ibidem et fo.35.li.14

Deus eſt in bonis & ſanctis uiris eis gratiam & dona largiendo, in malis aũt iuxta ſua opa iuſtitiã exercendo,uel paratus exercere.ibid.f.35.l.x

Deus per ſuam ſapientiam dat omnibus rebus ſubſtantiam uirtutem, & operationem: cap:17.fo.36.li.13

Deus in actione ſua non indiget continatore: cap.17.fo.37.li:31

Deus eſt cauſa omnium uirtutum. ibidem f.38.lixi

Deus ſolus eſt diues (ſecundum authorem de cauſis) nos autem ſumus diues ex mutuatis: ibidem li.28

Dei eſſentia eſt ſimilitudo & exemplar omnium creaturarũ.c.xv.f.31.li.32

Dei uoluntas & ſapientia eſt cauſa omnium rerum. c.16 f.33.li.ult.

Deum debemus diligere ſine modo extenſiuè,& intenſiuè: c.xv.fo.32.li.34.

Deo debemus efficaciter ſeruire quia fuit efficax ad largiendum: cap.18.fo.40.li.7

Deus eſt diligendus, quia ipſe eſt finis & beatitudo noſtra. c.14. fo.29 li.7.
In Deo non eſt cogitatio quum dicat imperfectionẽ, ſed uerbũ. c.ij. f.3. l.30
Ratio dilectionis ſumitur ex fine. cap.14. f.29 li.2.
Dilectio Dei maximè exprimitur per aſſiduam meditationem præcepto-
rum Dei. cap.18. fo.41. li.6.
Quinque diligenda ſunt a nobis ex charitate (ſed Aug.) ca.14. fo.28. li.9.
Dilectio & amor, eſt ex charitate diligenda. cap.14. fo.27 li.14.
Diligendorum duo ſunt genera. ca.14. fo.27. li.17.
Diligere debemus plus nos, q̃ proximos noſtros. cap.14 fo.28. li.35.
Quæ ſit differentia inter ea quæ ex ore & quæ ex corde proferun-
tur. cap.2. fo.3. li.24.
Diuina ſapientia ẽ ſic fœcũda, ꝗ omnia in omnibus operatur. c.17. f.36 l.6
Quo ordine procedendum ſit in his quæ ex charitate diligenda ſunt à
nobis. ibidem. li. 18
Diuina uirtus quinque operatur in creaturis, propter ſuam fœcundi-
tatem. ibidem. li.11
Dona ſpiritus ſancti, quædam pertinent ad perfectionẽ partis intellectiuæ
quædam ad perfectionem partis appetitiuæ. cap.4. fo.7. li.3.
Ordo donorum qui ſit ſecundum Aug. cap.4. fo.7. li.16.
Drachmæ amiſſio & uulneratio & expoliatio quõ differãt. c.9. fo.xx. li.11
Dona S.S. quid faciant in nobis. cap.3. fo.5. li.33.

De litera. E.

Eſſe quod recipitur in materia non habet omnem rõnem eſſendi, quia limita-
tur ſecundum capacitatem recipientis. cap.17. fo.37. li.18
Erubeſcentia quæ eſt in confeſſione, eſt pars ſatisfactionis & minuit pœ-
nam debitam pro peccatis. cap.11. fo.23. li.20

De litera. F.

Fœcunditas dicitur non ſolum de procreatione filiorum, ſed etiam de acti-
bus quum in opera progreditur. cap.2. fo.4. li.17.
Fœcunditas ſonat productionem in multitudine, efficatia uero uelocitatem et
habilitatem producendi. cap.18. fo.40. li.3
Fœlicitas conſiſtit in uiſione aperta & in fruitione cap.6. fo.12. li.ij.
Fides eſt à deo efficienter, eſt de deo & Deum habet pro obiecto & in deum
tendit finaliter. cap.5. fo.x. li.4.
Fides & ſpes & ſi remanent in nobis poſt peccatum tamen non ſunt forma-
tæ ſed informes & imperfectæ. cap.8. fo.xvi. li.25
Finis ſe hẽt in diligibilibus ſicut princ. in ſpeculabilibus. ca.14. fo.29 li.3.

Formale fidei eſt credere eo modo quo edocti ſumus a deo. c.5.f.x.li.33.
Finis diligimus propter ſe alia autem propter finem. ibidem.li.6.
Formæ ſubſtantiales non ſunt immediatum principium ſuæ actionis. cap.17.fo.37.li.34

De litera G.

Gratia non tollit naturam ſed perficit. cap.15.fo.30.li.23

De litera H.

Habituū duo genera in nobis ponenda ſunt ſcd͂m coēm opionē.c.1.f.2.li.13.
Homo ſi debet ſatisfacere deo, oportet q̃ ſe totum ordinet in ipſum & ſecundum omnia ſua. cap.12.fo.24.li.15.
Homo magis debet ſe amare in Deo q̃ in ſeipſo. cap.14.f.28 li.28
Homo certitudinaliter ſcire non poteſt ſe eſſe in gratia, ſed per ſigna ualde probabilia poterit hoc ſcire, quod potiſſimum eſt ſi delectatur in rebus ſpiritualibus. cap.15.fo.32.li.19

De litera I.

Imaginis partes sūt tres, intellectiua memoria & uolūtas.c.13.fo.25.li.23
Impietas eſt ab eo qui iuſtus eſt: dimidiā ſpare miſericordiam.c.x.f.21.li.21
Infideles credunt Deum, ſed non credunt deo nec in deum. ca.5.fo.x li.18
Iudicare bene de humanis ptinet ad donum ſcientiæ & bene iudicare de diuinis ad donum ſapientiæ. cap.4.fo.7.li.10
Intellectus nunq̃ quieſcit donec ueniat ad ultimam cauſam, de qua non eſt ulteriorem cauſam quærere. cap.6.fo.12.li.28
Initium omnium graduum perueniendi ad diuinam ſapientiam, eſt fugere carnalia. cap.4.fo.8.li.6
Iuſti & fideles credunt Deum deo, & in deum. cap.5.fo.x.li.31
Iuſtitiæ multæ apparent hic, quæ in iuditio finali apparebunt eſſe culpæ. cap.7.fo.15.li.7
Iuuenibus magis eſt abſtinentia iniungenda ut magis in carne macerentur & macerati magis à peccatis caueant. cap.12.fo.15.li.7.

De litera L.

Laudes quæ conueniunt diuinæ ſapientiæ quæ, & quot ſint. cap.ij.fo.ij.li 4
Ex prima laude quæ eſt abundantia, accipitur primus gradus.c.3.f.5. li.x.
Prima laus diuinæ ſapientiæ facit ut delectationes ſenſibiles fugiamus et ſolum dominice delectemur. ibidem:
Secunda laus.quæ eſt altitudo, inducit nos ad ſecundum gradum.ſ.ad humilitatem & pietatem: ca.3.f.5 li.xxi
Tertia laus eſt rectitudo ex qua ſumitur tertius gradus:

Quarta laus eſt bonitas per quam acquiritur quartus gradus. ibidē.

De litera M.

Mens in eo quieſcit in quo finaliter delectatur: ca.xv.fo.xxxij.li.xxv
Minoris meriti non ſunt non ualentes ſoluere eelemoſynam ob uotum paupertatis (ſi recte factum eſt) quàm ſoluentes. ca.18.fo.42.li.2
Motores diuerſi ſunt in nobis ex ſententia Ariſt.3.de anima & Pauli ro.7. & quid faciant: cap.1.fo.1.li.15
Motor diuinus requiritur ad adipiſcendā æternam uitam (quum ſit ſupra naturam.) ca.1.fo.2.li.8
Qui hn̄t motorē diuinū impellentē, nō expedit ipſis cōſiliari: c.1.fo.2.li.18
Motus primi mobilis reſpetu oīum aliorū motuū ſe habet quaſi uita. c.17.(fo.38.li.xx

De litera N.

Nouum teſtamentum continetur in ueteri ſicut rota in medio rotæ nec alia tractantur hic & ibi ſed ſunt eadem, tamen quæ ibi oſcure & uelatè hic autem clare & aperte traduntur: cap.5.fo.9.lin.xxx

De litera O.

Oblationes oēs q̄ fiunt in eccleſia reducūtur in obſequiū Dei.c.18.f.41.l.ul.
Opera quæ ſolum ad deum ſpectant tria ſunt, uidelicet creare recreare & glorificare: cap.5.fo.11.li.11
Opatio in rebus ſemp dependet ab eo qđ eſt primū operans: c.17.f.38.li.16
Opinio quorundam qui dicebant ꝙ per ſolam contritionem dimittuntur peccata: cap.11.fo.xxij.li.6
Quod ex ore profertur uidetur quaſi ex ſuperſitiæ proferi ſed quod procedit ex corde ex intimo: cap.2.fo.iij.li.24

De litera P.

Paſſio & mors Chriſti & ſi pro redemptione omnium fuerit ſufficiens tamen redemptionem omnium non eſt efficiens. cap.9 fo.20.li.i.
Papa caput eccleſiæ ſupremum dicitur in eccleſia: ca.14.fo.xxviij.li.i
Peccatores fideles credunt deū deo, nō tamen credūt in deū. c.5.f.x.li.xxvij
Peccatum tria mala facit quantum ad potentias corrumpendo perfectiones, & diſpoſitiones potentiarum, & pœnitētia peccato oppoſita illa tertia mala ſanat: cap.8.fo.16.li.8.
Peccatum ſiue culpa quantū ad actiones quinq; mala facit: c.viij.f.16.li.19
Peccatum 4 mala operatur in potentijs p quas agimus: cap.viij.f.16.li.xxx
Peccata omnia uitare non poſſumus ſine gratia: cap 8.fo.xvij.li.4
Peccatū ſiue culpa tria mala facit quantū ad modū agēdi: c.8 fo.17.li.35
Peccatū quatrupliciter īpedit ne finē generaliter cōſequamur: c.9.f.18.li.7

Peccatum qualiter tollat imaginem & qualiter non: c.9.ſo.xix.lin.iij
Peccatum ſeptem mala facit in nobis prout ſpiritaliter cōparamur ad Chriſtum quæ ſeparant & elongant nos ab ipſo: cap.9.ſo.18.
Quinq; cāæ aſſignātur q̄re debemus de pccı̄s cōteri et dolere.c.x.f.21.li.24
Peccatum ſiue culpa non remittitur niſi adſit confeſſio iu uoto & actu adimpleatur ſi aderit oportunitas: ca.11.ſo.22.lin.17
Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt baptiſmum: ca.7 ſo.13 li.12
Pœnitentia quot bona operatur in nobis: ibidem li.29
Pœnitentia quid faciat in peccatore. ibidem.
Pœnitentia quatuor bona facit,in peccatore p̄ quæ generaliter cōſequitur finem ultimum: cap.9.ſo.18.li.17
Pœnitentia habet tres partes & quæ ſint: cap.x.ſo.xx.li.12
Pœnitentia ſecundum Ambroſium eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non comittere cap x.ſo.xxi li.35
Pœnitētia ſcd̄m Greg.ē acta peccata deſflere et ſlēda nō comitere: ibid.li.36
Pænitens dicitur quaſi pœnā tenens ſecundū Aug. c.xij ſo.24 li.6
Secunda pars pœnitentiæ eſt confeſſio: c.11.ſo.xxij.li.i.
Tria ſunt in peccato ſuperbia auaritia & tranſgreſſio. c.xij.ſo.xxiij li.2
Tertia pars pœnitentiæ eſt ſatisfatio. ibidem.li.i
Proximus dicitur ille qui miſericordiā nobiſcū operatur. c.14.ſo.28.li.7
Res locis ſuis aſſimulantur & ibidem conſeruantur: c.15.ſo.33.li.25
Res comparantur ad deum ſicut artificialia ad artificē. ca.16.ſo.33.li.25
Rationes & Ideæ productuctiuæ rerum non ſunt in uoluntate ut uoluntas eſt ſed talia ſunt in ſapientia & in intellectu: ca.16.ſo.34.li.7

De litera S.

Sacerdos confitens debet ſcire diſcernere inter lepram & lepram, & ſoluere,& ligare: cap:11.ſo.23.li.13
Sacræ ſcripturæ autoritas eſt maior quam omnis humani ingenii perſpicacitas: cap.2.ſo.3.lin.ultima
Scriptura ſacra quare dicatur ſapientia. cap.2.ſo.3.li.34
Saluari quomodo dicitur aliquis ſine confeſſione: cap.11.ſo.22.li.28
Satisfatio ad quinque poteſt comparari: cap.12.ſo.23.li.i.
Sapientia habet rationem lucis: c.3.ſo.5.li.x
Quinque requiruntur ad ſatisfationem ad hoc q̄ ſit ualida: c.xii.ſo.23.li.5
Dolor confeſſionis & pudore ſunt partes ſatisfationis: ibid.f.xxiiij.li.ix
Scientia eſt de humanis & ſapientia de diuinis: cap.iii.ſo.6.li.iii.
Scientia dei cauſat res ſed ſciētia noſtra cauſatur ex rebus: c.xvi.f.33.li.28

Signum potiſsimum per quod homo cognoſcit ſe habere charitatem,eſt quādo delectatur de rebus ſpiritualibus. cap.15.fo.32.li.18
Spes ſemper tendit in arduum & altum. cap 6.fo.12. li.2
Omnia ordinantur ad ſapiam diuinam propter ſui altitudinem. ibidē.li.25
Spiritus ſiue natura ſpiritualis, quinque conſequitur ex motu amoris & & charitatis in Deum: cap.15.fo.30.li.19
Motus ſpirituum qui fit per amorem in ipſum deum,eſt quodammodo naturalis uel conueniens naturæ. ibidem. li. 21
*Subſtantia & uirtus creaturarum eſt de genere permanentiū:*c.17.fo.39.l.2.
*Succesſio eſt in ordine partium,non in ſimultate partium:*cap.17.fo.39.li.8
Succesſiua tam,diu durant,q̃ diu pars ſuccedit parti. ibidem.li.14

De litera T.

*Timor & in obediētia Dei in nobis,ex qnq; pōt contingere.*c.16.f.38.l.18.

De litera V.

Vana eſt uoluntas & intentio,quæ non reducitur ad actum dum adſit oportunitas. ca.11.fo.22.li.15.
Verbum quid ſit: cap.2.fo.3.li.28.& fo.4.li.5
Verbum quod eructauit propheta eſt id in quo uiuit homo: ibidem.li 6
Omne uitium eſt extra naturam ca.15.fo.30.li.ult.
Virtus diuina dicitur eſſe uirtus uirtutum: cap.17.fo.38.li.11
Voluntas diuina eſt prima et ſumma cauſa omnium: cap.16.fo.34.li.24
Voluntas diuina,uel ipſe Deus nullius eſt cauſa, niſi mediante ſua ſapientia. ibidem. li. 33

FINIS.

D. AEGIDII ROMANI BITHVRICENSIS ARCHIPRAESVLIS, ET SACRAE THAEOLOGIAE DOCTORIS FVNDATISSIMI. TRACTATVS DE LAVDIBVS DIVINAE SAPIENTIAE.

Cap. I. *In quo oſtenditur quæ & quot ſunt tractanda in hoc opere, & qui ſit ordo dicendorum.*

Eructauit cor meum uerbum bonum dico ego opera mea regi, lingua mea calamus ſcribe uelociter ſcribẽtis. ps. 44.

I NTER multas, & uarias occupationes noſtras requiſiti à uobis de quæſtionibus quibusdam, decreuimus pro modulo noſtræ ſcientiæ ueſtræ piæ petitioni parêre. Quærebãtur. n. in ſeptenario numero propoſitæ quæſtiones, uidelicet. Qualiter eſt credendũ, qualiter ſperandum, qualiter confitendum, & de peccatis pœnitendum, qualiter debemus Deum diligere, quomodo debemus eum timere, ac ſibi obedire, qualiter pro ſuſceptis beneficijs debeamus ſibi gratias agere, & ultimo qualiter debemus ſibi ſeruire. Poſt has quæſtiones Quærebatis ſpecialiter de expoſitione autoritatis præpoſitæ, quomodo intelligendum ſit (Eructauit cor meum uerbum bonũ etc.) & de donis Spiritus Sancti. Ad hæc autem omnia intelligenda, & declaranda, cum Dionifio circa principium Eccleſiaſticæ hierarchiæ. Ieſum inuocemus omnium hyerarchiarum principium, & perfectionem, ipſiusq; adiutorium poſtulantes & ſupponẽtes. Dicamus in nobis duos eſſe motores contrarios, ſenſum. ſ. & rationem, (ut ſapientes Philoſophi protulerunt, prout eſt in tertio de anima declaratum.) Quam ueritatem Paulus ad Rom. ſeptimo Lucidius narrat, (quum ait.) Video aliam legem in membris meis repu-

q̃ & quot ſint tractã da in hoc opere.

de iſtis motoribus diuerſis pugnãtes ad ĩuicem uide Aegi. 2. ſẽ. di. 24. par

gnantem legi mentis meæ. Ratio igitur, quæ eſt lex mentis, tanq̃ motor, & incitator bonus deprecatur ad optima: Senſualitas autem, & lex mem-brorum ad oppoſita nititur inclinare Iuxta id quod dicitur, Gene. 8. Proni ſunt ſenſus hominis ad malum ab adoleſcentia ſua. Prætermiſſa itaque ſenſualitate, ſiue lege membrorum, quæ inclinat ad malum, De ratione agendum eſt, quæ inclinat ad bonum. Verum quia hic intendi-mus agere de ſalute noſtra, quæ ſupra naturam eſt, ad quam adipiſcen-dam, ratio non poteſt ſufficere, oportet præter rationem mouentem, da-re motorem diuinum, ut hoc modo ſalutem noſtram, & hæreditatem il-lam æternam adipiſcamur, tanq̃ moti à Deo, & ex hoc tanquàm filij Dei, quia qui ſpiritu Dei agũtur hi filij Dei ſunt, et ſi filij, & hæredes. Ro. 8. Et quia utrunque motorem bonum dicere debemus, rationem. ſ. tanquàm Deo ſeruientem, & etiam ipſum Deum tanq̃ principantem, duo genera habi-tuum in nobis ponenda eſſe, comunis locutio, atque opinio proteſtatur. Videlicet uirtutes, ut uires animæ obediant rationi moueuti, & Dona, ut omnes potentiæ animæ Deo mouenti, atque impellenti obtemperent. In his ergo quæ agenda ſunt, magis ad impulſum diuinum debemus recur-rere, (quod fit per donum eius) quàm ad rationem. Quod fit clarè, & manifeſtè uerum ex eo eſt, ꝙ etiam Philoſophus in de bona fortuna, lo-quens de hominibus qui mouentur ex diuino impulſu ait, ꝙ conſiliari non expedit ipſis, habent enim principium tale, quod eſt melius intellectu & conſilio. Spiritus itaque ſancti impulſui innitentes. In hoc tracta-tu hoc ordine procedemus, Quia primo exponemus autoritatem propo-ſitam, cuius expoſitio ultimò quærebatur, quia in ea ſunt ſeptem condi-tiones laudabiles, ſiue ſeptem laudes Diuinæ ſapientiæ, quas ad aptabi-mus ad ſeptem dona, ex quibus ſoluemus ſeptem propoſitas, quæſtiones.

Cap. II. In quo oſtenditur, ꝙ ſeptem ſunt laudes Diuinæ ſapientiæ, & ad aptantur ad expoſitionem huius autoritatis. Eructauit cor meum &c.

Præmiſſo ordine dicendorum, uolumus primo agere de ſeptem lau-dibus diuinæ ſapientiæ, & eas adaptare ad expoſitionem autori-tatis prædictæ; & per hoc, diſtinguere ſeptem dona, & ſoluere ſeptem propoſitas quæſtiones. Sciendum ergo ꝙ diuina ſapientia pri-mo eſt plena, & copioſa: Secundo eſt alta, & profunda: Tertio eſt recta, & uera: Quarto eſt bona, & ſancta: Quinto eſt omnibus propinqua;

te. 1. ſuper literã dub. 2. & parte ſcda. q. 1. art. 2. et 3. A tex. 40. uſq; ad 55. excluſiue. Circa finẽ primi eth. ꝙ ex uiribus nũlib' & ex nr̃o libero arbitrio nõ ſimus ſufficiẽtes acq̃rere uitam æternã uide Aegi. 2. quolibet q. 29. & 30. & 6 quolibet q 2. Cap. ult. et 3. eth. c. 6. inquit ꝙ illa ueniunt in conſultationem, q̃ a nobis agi pñt cõſiliũ (ſcdm damaſcenũ) ẽ appetitus ĩqſitiuus de his rebus q̃

Sexto eſt fœcunda: Septimo eſt effi ax, & prompta. Si igitur uolumus propoſitas quæſtiones ſoluere, oportet nos aliquid de Diuina ſapientia guſtare, & participare, & omnes has bonas conditiones debemus in illa alta ſapientia recognoſcere, ut poſſimus de diuinis donis aliqua percipere, & omnes præfatas quæſtiones ſoluere. Dicemus quidem præfata ſeptem, in autoritate propoſita per ordinem denotari, ut .ſ. Plenitudo, & Copioſitas diuinæ ſapientiæ notentur, quum dicitur ERVCTAVIT. Altitudo, & Profunditas, quum ſubditur. COR MEVM. Rectitudo, & Veritas quum ſubiungitur. VERBVM. Bonitas, & Sanctitas quum additur BONVM. Ad omnia propinquitas quum ſequitur. DICO EGO. Fœcunditas, quum anectitur OPERA MEA REGI. Efficacitas quum ultimo ſeqtur. LINGVA MEA CALAMVS SCRIBE VELOCITER SCRIBENTIS. *Secundum quidem hæc ſeptem, ſumuntur ſeptem gradus ſapientiæ. ut in proſequendo patebit.* Primo ergo deſcribitur illius diuinæ ſapientiæ abundantia & copioſitas quum dicitur ERVCTAVIT. *Sic.n.cor prophetæ repletum erat ſapientia illa diuina, ut quaſi eam eructare compelleretur, ſicut uas nimis plenum compellitur eructare de eo quo eſt ſic repletum. Vnde & gloſa exponens hoc ait,* Eructauit quidem de pleno, quia *mens prophetæ, (ut ibidem dicitur) intus plena erat, ideo eructabat,* Nec mirum ſi ſic mentem prophetæ replebat, ut eam quaſi eructare compelleretur quia theſauri diuinæ ſapientiæ, atque ſcientiæ à nullo compræhendi poſſunt, ſed omnia replent. Secundo, iſtius diuinæ ſapientiæ deſcribitur Altitudo & Profunditas quum dicitur. COR MEVM. Quod.n.profertur ex ore, uidetur quaſi ex ſuperficie proferri: Sed quod procedit ex corde, ex intimo, & profundo uidetur procedere. Hæc.n.eſt tam alta profunditas, ut nullus eam poſſit explicare ſermonem. Tertio circa huiuſmodi ſapientiam deſcribitur Rectitudo, & Veritas, quum dicitur. VERBVM. Eſt.n.uerbum, quaſi uerum boans, ſiue dicens. Nomine.n.uerbi, intelligimus aliquod verum, & perfectum. Propter quod Auguſtinus 15.lib. de Trinita. Cap. 16. Volens à Deo omnem imperfectionem excludere, dicebat, q; in Deo non eſt cogitatio, ſed uerbum. Sapientia enim diuina falli non poteſt, nec aliquam imperfectionem habere: Ideo nomine (VERBI) exprimitur. Vt & ipſe Dei filius, cui appropriatur diuina ſapientia, uerbum propriè nuncupetur. Inde eſt autem, q; ratione huius perfectionis, & ueritatis, Scriptura ſacra diuina ſapientia nuncupatur: quia eſt diuina ſapientia exemplata, ratione ueritatis contentæ, tantam autoritatem habere dicitur, ut Auguſtinus ſecundo ſu-

ſũt ĩ nobis

Quomodo ſeptem laudes adaptãtur ut ĩcludãtur ĩ autoritate eruc.

Diffẽ: ẽtiã inter pferri ex ore et ex corde

Quid ſit uerbũ diuinũ et quõ differat à uerbo nr̃o ĩ plogo primi ſent.lit. k. & diſ.5. princ.2.q. 2. & di. 6. princ.2.q. 1. & di. 7. princ.ij.q. 4. & di. x. princ 1.q. ij et di.27 prin ij.q.1. & ij. & ſecũdo ſent. di.13. parte.1.q.5.arti.1.uia.ii.

Cap 5. Sacræ ſcripturæ quātaſit autoritas. verbū diuinū non tantū dicitur bonum, ſed ēt ſanctū.

per gen. dicat, q maior eſt autoritas huius ſcripturæ, q̃ omnis humani ingenij capacitas. Quarto circa diuinam ſapientiam deſcribitur Bonitas, atque Sanctitas quum ſubinfertur. BONVM. Verbum. n. quod eructare uolebat propheta de diuina ſapientia non erat uerbum quodcunque, ſed bonum, & ſanctum, ut de eo uerificatur, quod dicitur, tertio reg. 17. Verbum domini in ore tuo, uerum eſt. Huiuſmodi autem uerbum eſt id in quo uiuit homo ſecundum animam, quod non eſſet, niſi eſſet bonum & ſanctum, iuxta illud Deut. 8. & Mat. 4. Non in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni uerbo quod egreditur de ore Dei. Quinto circa diuinam ſapientiam deſcribitur propinquitas quantum ad omnia, quum dicitur. DICO EGO. Nam per nuntios conſueuit aliquis loqui ad remotos, ſed per ſeipſum ad propinquos, Et quia quilibet per ſeipſum ad propinquos poteſt dicere, quod dicit propheta, Dico opera mea regi, cuilibet diuina ſapiētia eſt propinqua. Nec mirum quia (ut dicitur ſapientiæ. 8. cap.) Attingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter. Sexto circa diuinam ſapientiam notatur fœcunditas, quum additur OPERA MEA REGI

Aliqđ dicitur fœcundū nō ſolū q̃tū ad prolē ſed ēt q̃tū ad opa.

Sicut. n. dicitur aliquid fœcūdum, quantum ad prolem quum filios generat, ſic quantum ad actus dicitur aliquid fœcundum, quum in opera progreditur. Vnde philoſophus in tertio Ethicorum uult, q nos ita ſe habeamus ad opera noſtra, ſicut ſe habent progenitores ad filios. Quum. n. diuina ſapientia eos quos replet faciat in opera progredi, ut quilibet talis poſſit dicere opera ſua regi: ad magnam fœcunditatem uidetur pertinere. Septimo,

Cap. 8.

& ultimo circa diuinam ſapientiā deſcribitur Potentia & efficacitas quum ſubinfertur. LINGVA MEA CALAMVS SCRIBE VELOCITER SCRIBENTIS. Nam facere aliquē uelociter pronunciare, et ſine impedimēto aliquo uerbo eructare, ad uirtutē, et efficaciam pertinet.

Cap. III. In quo oſtenditur quomodo ex præfatis ſeptem laudibus diuinæ ſapientiæ poſſimus accipere ſeptem gradus, per quos aſcenditur ad diuinam ſapientiam, & ex hoc accipere ſeptem dona ſpiritus Sancti.

Cap. 7.

EX his autem ſeptem laudibus poſſunt haberi ſeptem gradus per quos pergitur ad diuinam ſapientiam, & ex hoc accipere ſeptem dona Spiritus Sancti, ut Augu. ſecundo de doc. chriſtiana uidetur

innuere. Nam ſi conſiderauerimus diuinæ ſapientiæ abundantiam, & plenitudinem, quæ prima conditio laudabilis, ſiue prima laus eſt, deberemus ab omnibus delectationibus carnalibus recedere: quod ad donum timoris pertinet. Vt dicamus cum propheta (ſicut Auguſt. ibidem narrat) confige timore tuo carnes meas. Tunc.n. carnes noſtræ.i. carnales affectiones timore domini configuntur, quando cæteræ ſenſibiles delectationes ſunt quaſi nobis abominabiles, & ſolum dominicæ ſunt nobis delectabiles. Hoc autem debet facere Abundantia, & Plenitudo diuinæ ſapientiæ, quòd ſolum in ea delectari debemus. Nam ut dicitur Eccleſiaſtes ſecundo, tantum præcedit ſapientia ſtultitiam quantum differt lux à tenebris. Habet ergo ſapientia rationem lucis. Si ergo dulce eſt lumen iſtud corporale: & delectabile eſt oculis uidere Solem: (ut dicitur Eccleſiaſtes.xi.) multo magis eſt delectabile lumē ſapientiæ, quia eſt inextinguibile. Iuxta illud ſap.7. Diligite ſapientiam quoniam inextinguibile eſt lumen illius. Et ſi delectabile eſt conſiderare de lumine ſapientiæ creatæ, multo magis incomparabiliter eſt delectabile cōſiderare de lumine illius ſapientiæ increatæ. Tanta ergo, & talis debet eſſe delectatio, (quum conſiderauerimus plenitudinem diuinæ ſapientiæ) quòd die, nocteq; non deberemus de hoc poſſe ſatiari: ſed deberemus propter talem delectationē oēs alias delectationes ſenſibiles ſpernere. Plenitudo itaq; diuinæ ſapiētiæ debet nos inducere ut delectatiōes ſenſibiles fugiamus, qđ ptinet ad donū timoris.

Prima laus ex qua ſumitur primus gradus.

pſal.118.

Secunda aūt conditio laudabilis, ſiue ſcđa laus uidelicet Altitudo illius diuinæ ſapientiæ, debet nos inducere ut mites ſimus, quod pertinet ad donum pietatis. Ex hoc.n. quis ſe humiliat, & mitis efficitur, quum conſiderat infirmitatem ſuam, & ſublimitatem alterius. Propter quod ſi conſiderauerimus quanta ſit altitudo, & ſublimitas diuinæ ſapientiæ, & quanta eſt imbecillitas, & infirmitas intellectus noſtri, quia in genere intelligibilium, eſt ſicut materia prima in genere entium, nihil reputabimus nos eſſe, & quaſi iumenta intellectu carentia, dicemusq; ad ipſum dominum. Vt iumentum factus ſum apud te, & ad nihilum redactus ſum. Huiuſmodi autem altitudo diuinæ ſapientiæ potiſſimè debet nos facere humiles, & mites, quod pertinet ad donum pietatis. Nam ſecundum Auguſt. ſecundo de doct. chriſtiana cap.7. Sicut delectationes fugere, pertinet ad timorem, ſic miteſcere pertinet ad pietatem. Facit.n. donum timoris in nobis, ꝙ bene nos habeamus circa delectabilia ſenſibilia, ea deteſtando & fugiendo. Sic & donum pietatis (large accipiēdo pietatem) facit in nobis, ꝙ bene nos habeamus circa alias perſonas, eis debitam reuerentiam exhibendo. Quod potiſſimè fit ſi ſimus mites, & humiles.

Scđa laus ex qua ſumitur ſecūdus gradus

Auer.3.de aīa co.5.et 19.p declaratione huius uide Egi.2.quolibet q.xxiiij. & ſcđo ſē. di.3.pte 2.q.ij art.1. & in.1.ſen. di.32.prī. ſcđo.q.3.

Tertia autem laudabilis conditio illius diuinæ ſapien-

3. laus ex tiæ eſt Rectitudo, & Veritas, quæ debet nos inducere ad ſtudioſitatem.
qua hēr 3. Quilibet. n. debet eſſe intentus & ſtudioſus circa ea, quæ ſcit recta eſſe &
gradus. uera, per quæ potiſſime habetur donum ſcientiæ, (Eſt enim ſcientia de hu
manis, de Diuinis uerò ſapientia) Nam bene ſentire, uel iudicare de huma-
nis, pertinet ad ſcientiam: De diuinis autem ad ſapientiam. Et quia nullus be
ne poteſt iudicare de aliquibus niſi ſit intentus, ſedulus, & ſtudioſus, Di-
Cap. 7. cere poſſumus cum Auguſt. ſecundo de doctr. chriſt. quod ſic delectationes fu-
gere pertinet ad timorem, mites eſſe, ad pietatem, ſic ſtudioſos eſſe ad ſcien
tiam: Nam bene iudicare de humanis (quod pertinet ad donum ſcientiæ)
4. laus ex non poſſumus ſine ſtudioſitate. Quarta quidem laus, ſiue quarta con-
qua ellici- ditio laudabilis diuinæ ſapientiæ eſt, eius Bonitas, per quam debemus in-
tur quar- duci, ne in aduerſitatibus frangamur, quod pertinet ad donum fortitudi-
tus gradus nis. Nam (ſecundum Apoſtolum ſecunda Cor. 4.) Id. n. quod in præſen-
ti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ. ſupra modum in ſubli-
mitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus
nobis quæ uidentur, ſed quæ non uidentur. Quæ. n. uidentur, temporalia
ſunt: quæ autem non uidentur æterna ſunt. Diuina enim bonitas & illa
gloriæ ſublimitas, id eſſe bonum oſtendit nobis, quod oportet nos facere
5. laus ex & tribulationes, ſuperare. Quinta laudabilis conditio diuinæ ſapien-
qua ſumi- tiæ, eſt ad nos propinquitas. Nam ſicut diuina ſapientia, & diuina uir-
tur. 5. gra tus eſt intra omnia non incluſa, & extra omnia non excluſa: ſic eſt altiſ-
dus. ſima non ſeparata, & proxima, ac propinquisſima non contracta. Hu-
Quō diui- iuſmodi autem propinquitas debet nos inducere ad amorem, & dilectionem
na bonitas diuinorum, ſiue æternorum: Quod (ſecundū Auguſt. ſecūdo de doc. chriſ.)
ſit in rebus Cap. 7. ſpectat ad donum conſilij. Sexta autem laus, ſeu laudabilis condi
uide Aegi. tio diuinae ſapientiæ, eſt eius Fœcunditas, Quia, ut dicitur in lib. ſapientiæ
primo ſen. cap 7. omnibus mobilibus mobilior eſt ſapientia. Eſt. n. diuina ſapientia
diſt. iij. ij. immobilis, & mobilis, Immobilis in ſe, mobilis in effectibus: quia ad omnes
6. laus ex effectus pertingit. Et quantum ad plures pertingit, tanto ſecundum hunc
qua hēr. 6. modum dicitur eſſe mobilior & fœcundior. Ex huiuſmodi autem fœcundi-
gradus. tate debemus induci ad mentis puritatem, quod pertinet ad donum intel-
7. laus ex lectus. Nam quanto purior eſt oculus mentis tanto magis fœcundatur in
qua ſumi- cognitione ſapientiae. Septima autem & ultima laus ſuperius tacta de
tur. 7. gra diuina ſapientia, eſt eius Efficacitas, & Virtuoſitas, quae debet nos induce-
dus. re ad mentis tranquilitatem. Nam in eo qui eſt omnium artifex, omnem ha-
Sapi 7. bens uirtutem, debemus tranquilli, & pacifici permanere, quod pertinet
Cap. 7. ad donum ſapientiae. Vnde Auguſt. ſecundo de doctr. chriſt. ait. Talis fi-

lius aſcendit ad ſapientiam, quae ultima,& ſeptima eſt qua placalus, tranquillusq́; perfruitur.

Cap. IIII. *Vbi clarè agitur de ſufficientia donorum, & ubi clarius oſtenditur quomodo ſecundum praeaſſignatos ſeptem gradus accipiuntur ſeptem dona.*

a D *pleniorem autem intelligentiam praedictorum, & ut haec oĩa clarius uideantur* Dicimus, *ſeptem dona* Spiritus Sancti *ſic debere accipi,*Q*uia quaedam pertinent ad perfectionem partis intellectiuae,quaedam autem ad perfectionem partis appetitiuae*. Ad perfectionem *autem partis intellectiuae (quantum ad praeſens ſpectat) quatuor pertinent,uidelicet ueritatem appraehendere,* Secundum *appraehenſionem factam bene iudicare de rebus humanis,ſiue de rebus creatis,* Et *bene indicare de rebus diuinis,* Et *ſecundum omnia haec,in ſuas actiones,& in ſua opera rectè dirrigi:* Bene *autem appraehendere pertinet ad donum intellectus, benè iudicare de humanis, ad donum ſcientiae , benè autem iudicare de diuinis ad donum ſapientiae, ſecundum haec autem benè in operationes dirrigi ad donum conſilij.* Ad *partem autem appetitiuam(quantum ad praeſens ſpectat) pertinent tria, uidelicet, delectationes carnales fugere , quod fit per donum timoris:* In *aduerſis non frangi, quod fit per donum fortitudinis,* Ad *alios debitè ſe habere,quod fit per donum pietatis.*·His *autem ſic aſſignatis,fit ſufficientia donorum.*Talis *tamen eſt ordo(ut innuit* Aug. *in uerbis praeaſſignatis:)quia* Primo *debemus delectationes carnales fugere,*Secundo *debemus eſſe humiles,non nobis intẽdere, ſed miteſcere,* Tertio *debemus attendere & ſtudioſi eſſe,*Q*uarto in aduerſis non debemus frangi,* Q*uinto ad delectationem aeternorum debemus nos conuertere,*Sexto *oculũ mentis debemus omnino purgatum habere.*Non *n.ſtatim quum delectationes carnales fugimus,ex hoc omnino purgati ſumus,quia adhuc poſſunt remanere aliquae reliquiae peccatorum .* C*um.n. uinum remotum eſt à uaſe, adhuc remanet odor uini in uaſe.* Et *quum febris receſſit ab ægroto , adhuc remanent reliquiæ morbi .* Ita *quum aliquis receſſit à peccatis,adhuc remanent incentiua ad peccandum , à quibus purgamur per dilectionem æternorũ,quia quanto magis aeterna diligimus,ad peccandũ minus incitamur .ſeptimo,& ultimo ex his omnibus ſumus mente tranquili,*Per *quæ ſeptem,colliguntur ſeptem dona,*Vt *per delectationes carnales fugere, ha-*

Sufficiẽtia donorũ s.s quædã pertinent ad perfectionem partis intellectiuæ q̃dã ad perfectionem partis appetitiuæ.

Secũdo doctrina xp̃iana.

Ordo donorũ ſcd̃m Auguſt.

Exemplũ.

Amor æternorum retrahit nos à peccato.

beatur donum timoris,per mites eſſe,donum pietatis, per eſſe ſedulos , donum ſcientiæ,per non frangi in aduerſis, donum fortitudinis , per æterna diligere, donum conſilij,per purgatos occulos mentis habere,donum intellectus,per eſſe mente tranquillos,donum ſapientiæ, Quia ergo non poteſt quis deuenire ad donum ſapientiæ, & eſſe in mente tranquillus , niſi prius carnalia fugiat,quod eſt initium omnium aliorum, quod pertinet ad timorem. Ex iſto autem initio.ſ.carnalia fugiendo, peruenitur, ut quis ſeipſum cognoſcat,& humilis efficiatur,et reuerentiam exhibeat debitam alijs quod pertinet ad pietatem. Fugiens autem carnalia,& iam factus humilis,& reuerens, Iam non eſt amplius uana cogitans, ſed magis eſt attentus,& ſedulus& incipit ſaltem iudicare de rebus creatis,quod pertinet ad donũ ſcientiæ.Bene autem iudicando de rebus creatis,nihil appreciantur iſta temporalia,nec frangitur rebus aduerſis, quod pertinet ad donum fortitudinis . Quibus omnibus ſic ſe habentibus grauia omnia iſta temporalia deſpicit, inducitur ad amorem æternorum,quod pertinet ad donũ conſilij,Nam donum conſilij eſt,ut benè quis dirrigatur in operibus ſuis,quod potiſſimè fit per amorem æternorum,Quia qualis uitæ quiſque eſt,talis finis ſibi uidetur,& talia operatur,& loquitur. Et ideo ſi habemus amorem carnalium, carnalia operabimur,& carnalia loquemur : quia carnales carnalia tractant. Si uero habebimus amorẽ ſpiritualium tractabimus ſpiritualia opera,loquemur, & ea faciemus,& in noſtris operibus dirrigemur. Ex dilectione autem æternorum purgabitur oculus mentis,quia præceptum domini lucidum illuminans oculos potiſſimum autem præceptum ẽ de dilectione ſiue de charitate,per quam purgatur oculus mentis noſtræ . Nam ſicut diligendo carnalia, conuertimur ad ea,& inficimur: Sic,diligendo ſpiritualia,conuertimur ad ea,& purgamur per ipſa.Habere autem purgatos oculos mentis pertinet ad donum intellectus . Nam per huiuſmodi donum fit quòd bene appræhendamus ueritates: Sicut per ſcientiam,& ſapientiam fit quòd bene iudicemus de eis. Sicut ergo oculus carnis impurus non poteſt bene uidere, ſic oculus mentis non bene depuratus, non poteſt bene apprehendere. Ex his omnibus fit homo in mente tranquillus , quod pertinet ad donum ſapientiæ, Nam qui benè uult iudicare de tantis,& tam arduis rebus,(ſicut ſunt res diuinæ,) oportet ipſum eſſe in mente tranquillum , & pacificum . Bene ergo dictum eſt q̃ initium ſapientiæ eſt timor domini, quia incipimus à timore delectationes carnales fugere, ut poſſimus deuenire ad ſapientiam,& tranquilitatem mentis.

Initium omniũ gradũ puenirẽ di ad diuinã ſapiẽm eſt fugere carnalia qđ ptinet ad donũ timoris.

3.ethi.c.8.

pſal.18.

p̃cipuum p̃ceptũ ẽ dilectio.

Concluſio .puer.c.9.

In quo.

Cap. V. In quo eſt continuatio ad dicenda, & in quo oſtenditur quomodo ex prima laude diuinæ ſapientiæ, uidelicet, ex plenitudine eius, ſcire poſſimus qualiter debeamus credere, & quæ, & quot ſunt credenda.

Quæſtio.1

b Is itaq; omnibus prælibatis, patet expoſitam eſſe autoritatem illā, (Eructauit cor meum, uerbum bonum &c.) Cuius expoſitio ſpecialiter petebatur. Ad expoſitionem etiam illius autoritatis adaptata ſunt omnia dona ſpiritus ſancti, de quibus aliqua ſcire deſiderabatis. Volumus nunc (ſecundum illam eandem autoritatem, & ſecundum illas ſeptem laudes diuinæ ſapientiæ) ſoluere omnes ſeptem propoſitas quæſtiones. Nam ex plenitudine diuinæ ſapientiæ oſtendemus qualiter debeamus credere, ex eius altitudine, qualiter ſperare, ex ipſius rectitudine, & ueritate, qualiter debeamus de peccatis noſtris pœnitere, ex eius bonitate, qualiter debeamus Deum diligere, ex propinquitate eius ad nos, qualiter debeamus ipſum timere, & ei obedire, ex fœcunditate autem eius, qualiter debemus ei gratias agere. Septimo & ultimo, ex uirtuoſitate diuinæ ſapientiæ declarabimus, quomodo debemus ei ſeruire. Ita ꝙ, ex ſeptem laudibus diuinæ ſapientiæ, quas expreſſimus, ex autoritate propoſita pſalmi.44. ſoluemus omnes ſeptem præbabitas quæſtiones. Sciendum itaq; quòd potiſſimè credendum eſt alicui de aliquo, ſi plenè ſciat de re quæſita ueritatem: Et quia Deitas, & Trinitas, ſolum ſibi nota eſt: per reuelationem diuinam, & per doctrinam Chriſti, oportet nos credere quæ credenda ſunt. Ipſa itaq; plenitudo diuinæ ſapientiæ, in qua plenè cognoſcuntur, quæ diuina ſunt, ſufficienter nos monet, quomodo debeamus credere, quia debemus credere ea, eo modo, quo reuelata ſunt à diuina ſapientia. Ideo Dioniſius primo, de diuinis nominibus dicit: De hac igitur ſuper ſubſtantiali, & occulta deitate, non eſt audendum dicere, nec cogitare aliquid, præter illa, quæ nobis diuinitus ex ſacris eloquijs ſunt expreſſa. Cùm ergo quæritur, qualiter eſt credendum, uel quæ ſunt credenda, breuis reſponſio fieri poteſt, Quia omnino credendum eſt, & omnia credenda ſunt, prout nobis diuinitus ſunt expreſſa, ſiue expreſſa ſint multifariè, multiſq; modis, ſecundum ꝙ olim locutus eſt Deus patribus in prophetis, ſiue ſint expreſſa ſecūdum quòd clarè, & apertè locutus eſt nobis in filio, quem conſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſecula. Hebr. primo. Quæ ergo & in ueteri, & in nouo teſtamento continentur credenda ſunt. Nec alia continentur hic & ibi, ſed eſt rota in rota, iuxta uiſionē Ezec.ca.1. Quæ.n. in ueteri teſtamēto

Quare credendum alicui.

Quō Deus ſeipſum cognoſcat & alia uide Egi.1.ſē.di.35.36.& 38.prin.1.q.2.& pn.2.q.1.et infra.

Fides ſemp ſit exauditū quū ſit de his quæ ſunt ſupra rationē, et auditus 3r ſit & hoc uide ab Egi.2.ſent.di.xxiij q.ij.art.ij.

exprimebantur uelatè, & per figuram, in nouo panduntur clarè, & per ueritatem. Fit autem duplex diſtinctio de credendis, vna de modo credendi, alia de articulis creditis. De modo quidem credendi diſtinguitur: Quia debemus credere Deum, Deo, & in Deum: Nam fides à Deo eſt efficienter, De Deo eſt, & Deum habet ſicut obiectum, & in Deum tendit finaliter. Prout ergo fides tendit in Deum, tanquàm in obiectum, & terminum: Sic credimus ea quæ ſunt credenda de Deo: Sed prout fides à Deo eſt efficienter, & exemplariter: ſi Credimus ipſi Deo omnia, quæ proponuntur nobis credenda: omnia .n. clarè relucent in diuina ſapientia, à qua ſunt deriuata & exēplata. Ideo quæ nunc audimus per fidem, in patria uidebimus per ſpeciem. Tunc ergo dicemus illud pſalmi: Sicut audiuimus, ſic uidimus in ciuitate domini. Cum .n. erimus in ciuitate domini, ideſt in patria: quæ nobis nunc proponuntur ut credenda & audienda: ibi nobis offerentur tanq̃ inſpicienda, & uidenda. Hoc eſt ergo credere Deum & Deo; credere diuina eo modo, quo inſpirata ſunt à Deo. Sed prout fides tēdit in Deum, finaliter: ſic credimus in Deum prout credendo, finaliter in ipſum tendimus. Hæc autem tria adaptare poſſumus ad tria genera hominum, uidelicet ad Gentiles, ad Fideles peccatores, & ad iuſtos. Gentiles quidem, & ſi credunt Deum, nō credunt Deo, nec in Deum. poſſunt .n. gentiles credere Deum, habendo aliquam notitiam de diuinis, quia (ut dicitur ad Roma. 1.) Quod notum eſt Deo, manifeſtum eſt in illis: tamen non ex hoc propriè credunt Deo: quia notitiā quam habent de diuinis, non accipiunt à ſacra ſcriptura, quam inſpirauit Deus, ſed ſolum ex ſenſibus, & per res creatas quas creauit Deus Accipiendo ergo credere Deo, pro credere teſtimonijs ſanctorū, per quos locutus eſt Deus: ſic gentiles non credebant Deo Quia, et ſi credebant Deū, habendo aliquam notitiam de diuinis, non credebant Deo: quia non recipiebant teſtimonia ſacrarum ſcripturarum. Fideles autem peccatores: & ſi per amplius credūt Deum, q̃ gentiles, quia ampliorem notitiam habēt q̃ ipſi & ſi credunt Deo recipiendo teſtimonia ſcripturæ ſanctæ, tamen non credunt in Deum: quia ſic credendo, non tendunt in Deū tanq̃ in finē: nec proponunt ſibi finē, bonū diuinum. Sed fideles iuſti, omnia iſta habent. Et licet quantum ad fidem poſſimus iſta tria diſtinguere, ut ſancti diſtinxerunt: formalius tamen eſt credere Deum, Nam ſi per fidem credimus in Deum, & tanq̃ in obiectū tendimus in ipſum, iſto mō debemus hoc facere, ſicut Deus reuelauit nobis, & ſicut ipſe nos docuit. per fidē: ergo hoc mō credimus Deū, quia credimus Deo, ea quæ de ſeipſo locutus eſt nobis. Sic etiam prout credimus in Deū, debemus hoc facere, prout credimus Deo, ea q̃ de ſe ipſo no-

Fides ē donū dei uide Aug. epiſt. 107. & lib. 1. de prædeſtinatiōe ſāctorū. c. 6. 7. 8. & 9.

ps. 47.

Quid ſit credre deū & Deo.

Quid credere ī Deū

Infidles credūt Deum quia ſciam hūt de Deo nāliter ſed non credūt Deo q̃a nō accipiūt teſtimōia ſacræ. ſcripturæ ut à Deo nobis reuelata ſūt nec credunt in deū quia nō tēdūt in Deū finaliter.

*bis locutus eſt,Nã hoc modo debemus in Deũ finaliter tendere, prout ipſe nos docuit.*Et *q̃a hoc eſt formale credendi credere eo mõ, quo docti ſumus à* Deo,*Benedictũ eſt,qđ qualiter debeamus credere, ex plenitudine diuinæ ſapiẽæ debemus accipere:*Nã *quia ſolus* Deus *plenè ſe cognoſcit,& plenã habet ſui notitiã:ideo ſibi de ſeipſo debemus credere.Sic ergo dicendum eſt de modis credendi. Sed ſi fiat quæſtio de ipſis creditis,quæ,& quot ſint credenda* Dicemus,*oẽs articulos fidei quos debemus credere, ad quartum decimum numerum,(ſecundum comunẽ ſententiam)reductos eſſe,*Quorum *ſeptẽ ad* Diuinitatem *pertinent,& ſeptem ad humanitatem* . Circa *diuinitatem quidem eſt conſideranda unitas eſſentiæ,*Trinitas *perſonarum, patris, & filij,et* S. S. *& triplex genus operis,qđ propriè ſolius* Dei *eſt, uidelicet,* Creare,*dando naturam,*Recreare,*infundendo gratiã,& glorificare, dando gloriam.* Erunt *ergo ſeptẽ articuli,ad diuinitatem pertinentes,* Primus *de unitate eſſentiæ.* CREDO IN VNVM DEVM. *Secũdus de perſona patris.* PATREM OMNIPOTENTEM. *Tertius de perſona filij.* ET IN IESVM CHRISTVM FILIVM EIVS. *Quartus de perſona* S.S. CREDO IN S.S. *Quintus de ope creationis.*CREATOREM COELI ET TERRAE. *Sextus de opere recreationis.* SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM. SANCTORVM COMMVNIONEM REMISSIONEM PECCATORVM. *Septimus de opere glorificationis.* CARNIS RESVRRECTIONEM VITAM ETERNAM. *Septẽ etiam ſunt pertinẽtes ad humanitatẽ Chriſti,q̃a primo credendum eſt,ꝙ fuerit conceptus de* S.S.*Scđo qđ natus ex* Maria Virgine. Tertio,*ꝙ fuerit paſſus,mortuus,et ſepultus.*Quarto,*ꝙ deſcẽdit ad inferna.* Quinto,*credendũ eſt ꝙ tertia die reſurrexit.Sexto,ꝙ aſcẽdit in cœlũ. Septimo,ꝙ inde uenturus eſt iudicare uiuos,& mortuos.*Et *quia omnia iſta reuelata ſunt nobis ex plenitudine diuinæ ſapientiæ,benedictum eſt,ꝙ ex plenitudine illa debemus induci qualiter & quid credamus.*

Quõ diſtinguãtur articuli fidei uide Egi.*in tra. ꝑprio* Quæ *ſint opa q̃ ſolũ ad Deũ ſpectant uide* Egi.*in expoſitiõe decretali fidi catholice c.1.parte.3 et 3. quolibet.q.1. & 4.quolibet q. 1. & in q̃onibus diſputatis de 1.prin.q.4 & infra.*

Cap. VI. *In quo oſtenditur quomodo ex ſecunda laude diuinæ ſapientiæ,uidelicet ex altitudine eius,ſoluitur ſecunda quæſtio,quomõ ſcire poſſumus quid ſperandum.*

Iſo quomodo ex prima laude diuinæ ſapientiæ, quia eſt ſic plena, & copioſa, poteſt ſolui prima quæſtio, Qualiter, *& quid credendum ſit,* Volumus *nunc oſtendere, qualiter ex ſecunda laude: quia ſilicet illa diuina ſapientia, eſt ita ſublimis, & alta,* Intentio.

ſoluitur ſecunda quæſtio, uidelicet quid ſit ſperandum. Aduertendum ergo, q̃ ſemper ſpes tendit in arduum, & in altum, non eſt enim propriè ſpes de aliquo paruo, ſed de aliquo magno, & arduo. Ideo, & ſi ex abundantia diuinæ ſapientiæ, aliquo modo inducimur, ut in Deo ſperemus, tamen ad id agendum maximè, & propriè inducimur, ex eius altitudine, & nobilitate. Vtrunque autem debemus ſperare, uidelicet, q̃ perueniemus ad uidendam illam altitudinem diuinæ ſapientiæ per uiſionem apertam, & q̃ fruemur excellentia diuinæ bonitatis per charitatem perfectam: In quo autem conſiſtat principalius fœlicitas noſtra, An in uiſione illius altitudinis diuinæ ſapientiæ, an in dilectione illius excellentis bonitatis, alibi declarauimus: nec eſt hoc præſentis ſpeculationis. Sufficiat autem ad præſens ſcire, quòd in utraq; extat fœlicitas noſtra, & in utranque ſperare debemus. Poſſunt autem aßignari quinque ſpeciales rationes, quare ex altitudine diuinæ ſapientiæ inducimur, quomodo, quid, & qualiter debeamus ſperare. Nam, ſi cõſiderauerimus altitudinem illam, apertè conſpiciemus, q̃ ad illam omnia ordinantur, q̃ ex ea, omnia poſſunt refici, & reficiuntur, quòd ab ipſa omnia conſpiciuntur, Quòd in ea omnia continentur, quod per eam omnia penetrantur, & ipſa omnibus illabitur. In ſolo itaque Deo debet eſſe ſpes noſtra, ut non incurramus in illud dictum propheticum. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à domino recedit cor eius. Sed econtrario in curramus benedictionem, quia, Benedictus uir qui confidit in domino, & erit in Deo fiducia eius. Quòd autem in Deo debeamus confidere, & in eo ſolo ponere principaliter ſpem noſtram, omnia illa quinque quæ diximus de altitudine diuinæ ſapientiæ, per amplius nos inducunt. Nam (ut diximus) diuina ſapientia, propter ſui altitudinem, eſt illud ad quod omnia ordinantur: Nam ſemper inferiora ordinantur ad ſuperiora. Et quia illa ſapientia in altisſimis habitat, ut habetur Eccle. Cap. 24. ideo ad illam omnia alia ordinantur. Sicut ergo nunq̃ quieſcit intellectus, donec ueniat ad ultimam cauſam, de qua nõ eſt ulteriorẽ cauſam quærere, (ut ſapientes philoſophi protulerunt): ſic cor noſtrum nunq̃ quieſcit in aliquo, quod dependeat ex alio, & quod ordinatur ad aliud, ſed in eo quieſcit quod ad nihil ulterius ordinatur. Cùm ergo ex altitudine diuinæ ſapientiæ, ſufficienter posſimus arguere Deum eſſe ſuper omnia, & ipſum ad nihil aliud ordinari poſſe: non debemus ſpem noſtram ponere, niſi in eo, quod poteſt cor noſtrum quietare, hoc autem eſt id, quod ulterius non ordinatur ad aliud, in ſolo ergo Deo debemus ſpeciem noſtram ponere. Vt dicamus cum Augu. primo lib. confeſſ. Cap. primo. Ad te nos feciſti domine,

Primo ſen. diſt. 1. q. 1. ad primũ ſcdo quolibet. q. 30. & 3. q. 19. & 4. q. 15. & 5. q. 5.

Hier. c. 17.

1. rõ q̃ in ſolo Deo debemus ſpare quia ad ipſum oĩa ordinãtur & in ipſo qetantur.

& inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te. Secundo, altitudo diuinæ ſapientiæ, eſt id, à quo omnia poſſunt refici, uel reficiuntur: nam non ſolũ Deus non ẽ effectus alterius, nec ordinatur in aliud, nec cauſatur ab alio, ut ex hoc poſſit quietare cor noſtrum, ut habendo ipſum non diſideremus ulterius aliquid aliud: ſed ipſe ſic eſt omnium cauſa, quòd poteſt omnia reſtaurare, & reficere, ſi eſſent etiam anullata, ut ex hoc habeat cor noſtrũ quietare, nam id põt quietare cor noſtrũ, quod poteſt reficere omnia noſtra, hoc autem poteſt Deus ſolus facere. Vnde ſi anihilati eſſemus adhuc poſſet nos in idem numero reficere. In tali ergo debemus ſpem noſtram ponere, qui ſi eſſemus anullati, ſi eſſemus occiſi poſſet nos adhuc reſtaurare, & reuiuificare, & beatificare. Ideo dicebat Iob Cap. 13. etiam ſi occiderit me in ipſo ſperabo. Tertio, ex altitudine diuinæ ſapientiæ, poſſumus declarare, quòd ab ea omnia conſpiciuntur: nam oculus qui eſt in imo, pauca poteſt cõſpicere: Sed ille qui eſt in alto, omnia uidet. Sic enim diuina ſapiẽtia, alta eſt, ut omnia ſibi ſint lucida & clara. Ideo dicitur ad Hebræos. 4. Quòd diſcretor eſt cogitationum, & intentionum cordis, & nõ eſt ulla creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autem nuda, & aperta ſunt oculis eius. In illo ergo debemus ſpem noſtram ponere, qui poteſt omnes deffectus noſtros uidere, & cogitationes omnes cognoſcere, cui nihil eſt inuiſibile, nihilq; occultũ. Sicut ergo de illo medico debet infirmus confidere, qui optimè ſcit firmitates cognoſcere: ſic in Deo ſpem noſtram debemus ponere, cui nulli deffectus noſtri latere poſſunt. Quarto, ex altitudine diuinæ ſapientiæ, poſſumus concludere ꝗ in Deo omnia .i. perfectiones omnium continentur. Nam cùm diuina ſapientia ſit cauſa omnium rerum, iuxta illud. Omnia in ſapientia feciſti, pſal. 103. & ea quæ ſunt cauſatorum per amplius in ſunt cauſis, ut dicit Dionyſius ſecundo de diuinis nominibus ex ipſa altitudine diuinæ ſapientiæ, per quam arguimus, Deum omnium eſſe cauſam, concludere poſſumus: ꝗ perfectiones omnium cauſatorum per amplius, & perfectius ſunt in Deo. In illo ergo debemus ſperare, in quo ſunt perfectiones omnium, & qui poteſt omnia in ominibus, quia eius ſolius eſt deſideria omnium complere, & cor cuiuslibet quietare unde Auguſt. ſecundo libro confeſſ. cap. ſexto, probat ꝗ etiam in omnibus fallentibus uitijs, inuenitur quædam umbratica ſpes: ſed quod perfectum, & non deffectiuum bonum eſt, quod in ſua puritate conſiſtit, in Deo eſt, vnde ait, ꝗ eſt quædam deffectiua ſpes, & umbratica in uitijs fallentibus, (& ſubdit,) Quòd ſuper bia celſitudinem imitatur, quum tu ſis unus ſuper omnia Deus eccelſus. Et ambitio quid niſi honores, & gloriam quærit? cum tu ſis præ cũctis hono-

2. rõ ꝗ in ſolo Deo ſpare debemus qa quũ ſit cã oĩm põt nos ẽt ſi eẽmus anullati idẽ numero reſtaurare.

3. rõ ꝗ in ſolo Deo debemus ſpare qa quũ ſit oĩbus altior oẽs defectus noſtros uidet et infirmitates cognoſcit.

4. rõ ꝗ in ſolo Deo debemus ſpẽ ponere qa quũ in ipo repiãtur pfectiones omniũ et poſſit oĩa in omnibus ſolus põt deſideria noſtra complere.

randus, unus, & glorioſus in æternum. Quicquid ergo boni deſiderare poſſumus totum reperimus in Deo. In ipſo ergo debemus ſperare, qui poteſt omnia deſideria noſtra complere. Illi enim uitioſi ſunt, qui peruersè in creaturis quærunt, quæ purè, & excellenter reperiuntur in Deo. Quinto, ex altitudine diuinæ ſapientiæ, poſſumus oſtẽdere, quòd eius eſt omnia penetrare, & omnia replère. Sicut enim uidemus in iſtis elementis, quòd quãto aliquid ẽ altius, et ſublimius, tãto magis eſt penetratiuum, ut aqua magis habet penetrare q̃ terra, & aer magis q̃ aqua, & ignis magis quàm aer. Diuina ergo ſapientia, ex quo altisſima eſt, oportet ipſam puram, & ſimpliciſſimam eſſe, ratione cuius ſimplicitatis, omnibus illabitur, omnia penetra, propter quod, diuinus ſermo, & diuina ſapiẽtia rõne eius penetrationis gladio ancipiti asſimilatur, iuxta illud ad Hebræos cap. 4. Viuus eſt. n. ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. In illo ergo debemus ſpẽ noſtrã ponere, qui poteſt cor noſtrum, mentem noſtram, & animã noſtram replere, hoc autẽ facere poteſt ſolus ille, q animæ noſtræ põt illabi, & in animam noſtram intrare. Sicut enim in corporalibus, non replet aliquid, niſi quod põt intrare in ipſum, ſic nihil põt ſatiare, & replere animam noſtrã, niſi quod poteſt intrare, & eſſe in anima noſtra, hic autem eſt ſolus Deus. Si ergo quæratur in quo & quid, & qualiter debemus ſperare, dicemus quod ſpem noſtram debemus ponere in Deo, ut per ipſum conſequamur ſeipſum, quia ſolus ille eſt, qui poteſt noſtra deſideria ſatiare, propter omnia prædicta, quæ omnia probari poſſunt, & etiam concludi ex altitudine diuinæ ſapientiæ.

Quinta rõ q̃ ĩ ſolo d̃o debemus ſpẽ ponere q̃a quũ ſit purus, & ſimpliciſſ. ſol, põt aĩæ noſtræ illabi & eã replere et ſatiare.

Cap. VII. In quo agitur, quomodo ex tertia laude diuinæ ſapientiæ, ut ex eius rectitudine, ſoluitur tertia quæſtio: quomodo, uidelicet perfectè debemus de peccatis pœnitere, quod potisſimè fiet ſi ſciuerimus quæ, & quot bona facit pœnitentia.

o Stenſo quomodo ex plenitudine diuinæ ſapiẽtiæ poſſumus declarare cui, & quæ, & qualiter ſit credendũ, & declarato, q̃uo ex altitudine eius, in quo, & quid, et qualiter ſit ſperandum, Volumus patefacere quomodo ex ueritate, & rectitudine illius ſapientiæ, poſſumus concludere, q̃uo et qualiter, de nr̃is culpis, deffectibus, et peccatis ſit pœnitendũ.

p ſolutiõe hui' q̃õnis uide Egid. 2. quolibet q. 28.

Imaginabimur quidem,q. ſicut in iſtis temporalibus, ſtatim præſente linea recta,apparet quid obliquum,& quid rectum,adeò q. & multa uidentur oculis recta,quæ ad præſentiam regulæ apparent obliqua.Vnde et ædificatores,non credunt proprijs oculis de rectitudine ædificij,ſed ipſum plũbant, & applicant ei regulam, ut appareat quod eſt obliquum. Propterea benedictum eſt quod dicitur in pſalmo. 74. cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo. Multæ enim hic uidentur eſſe iuſtitiæ, quæ in iudicio finali apparebunt eſſe culpæ,Et quia tanta eſt rectitudo illius ſapientiæ,quòd quæcunque obliquitas diſcordat ab ea, ualdè debemus eſſe intenti, quomodo pœniteamus de peccatis noſtris,& quomodo emendemus obliquitates noſtras. Quod ſi benè nos ipſos iudicabimus, non utique ab illo iudicabimur.Et qa pœnitentia eſt ſecunda tabula, poſt baptiſmum per quam mare huius ſeculi poſſumus euadere,& ad gratiam diuinam,& ad uirtutes,& dona,redire,& ex his noſtras obliquitates rectificare:Ideo ne diſcordemus à rectitudine diuinæ ſapiẽtiæ,debemus perfectè de peccatis noſtris pœnitere. Quod potisſimè fiet, ſi conſideremus quæ, & quot bona, pœnitentia habet facere. Dicit enim Auguſtinus in libro de uera,& falſa pœnitentia; cap. primo,q. quantum ſit appetenda gratia pœnitentiæ omnis clamat autoritas, omnis bonorum uita conatur oſtendere. Pœnitentia enim (ſecundũ eum) languores ſanat, leproſos curat,mortuos ſuſcitat, ſanitatem inducit, auget,& conſeruat, claudis greſſum, aridis copiam, cæcis reſtituit uiſum. Vitia fugat, uirtutes exornat, mentem munit,& roborat,Omnia ſanat,omnia reintegrat,omnia lætificat. Temperat ſucceſſus,conſtringit impetus, moderatur exceſſus, ignorans per hanc ſe recognoſcit: quærens, per hanc ſe inuenit. Hæc eſt quæ homines angelos ducit,& creaturam reddit creatori. Iſta ouem perditam monſtrat quærenti, & decimam drachmam obtulit anxianti. Hæc diſſipatorem filium ad patrem reduxit, & uulneratum à latronibus cuſtodiendum, & curandum tradidit. In hanc omne bonum innititur. Per hanc omne bonum conſeruatur. Fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia. Ipſa ignis conſumens eſt.

[Margin notes:] 1.cor.c. xi. Pœnitẽtia eſt. 2.tabula poſt baptiſmum, hæc ſũt uerba hieronimi ſup Daniele p dilucidatiõe; uide.egi.2 quolibet.q. 28.& i expoſitiõe ſu per decretali de fide catholica. ca.1. et ãbroſiũ in libro ad uirginẽ lapsã c.8.quæ et quot bona faciat pœnitentia. Luc. x.

Cap. VIII. In quo oſtendit, quomodo intelligenda ſint uerba Auguſtini de bonis quæ facit pœnitentia, quantum ad potentias, perfectiones potentiarum, actiones, & modos agendi.

Vt ergo intelligantur uerba Auguſtini. Dicere poſſumus, q; circa gubernationem noſtram,& circa regimen noſtrum, eſt quinq; conſiderare, uidelicet Potentias per quas agimus, Diſpoſitiones,& perfectiones potentiarum, per quas habilitamur ad agendum, Actiones ipſas,modus agendi,& finem in quem tendimus,per huiuſmodi actiones Peccatum autem omnia iſta peruertit,Tollit bonas diſpoſitiones,& perfectiones potentiarum,impedit actiones,peruertit potentias,diſtruit modũ agendi,facit nos peruerse in finem tendere. Quantum ad perfectiones, & diſpoſitiones potentiarum: peccatum facit tria mala: quia facit nos languidos, leproſos, & mortuos. Facit nos languidos, nos debilitando, leproſos, nos inficiendo, & mortuos gratiam, & charitatem, & alias bonas diſpoſitiones,& perfectiones per quas uiuimus tollendo. Pœnitentia uerò,tanq̃ peccato oppoſita,languores ſanat,leproſos curat,mortuos ſuſcitat. Nam contra hæc tria,uidelicet contra languorem,lepram, & mortem, ſanitatem dat,auget,& conſeruat. Dat quidem ſanitatem,per quam languores tollit,auget,quia non ſolum ab infectione lepræ nos cuſtodit, ſed huiuſmodi ſanitatem conſeruat,quia nos præſeruat à morte. Sic ergo ſe habet culpa & pœnitentia,quantũ ad diſpoſitiones,& perfectiodes potentiarum.

Sed quantum ad actiones ipſas,culpa facit quinque mala: quia nos facit claudos,aridos,cæcos,et inſuper,nos uitiat,& uirtutes deformat. Facit nos quidem claudos,ne in bonas actiones tendamus. Aridos,ne ex bonis actionibus fructum faciamus: Cæcos ne huiuſmodi bonas actiones agendum cernamus,& uideamus. Et non ſolum culpa ſic nos impedit, quantum ad actiones bonas, ſed etiam nos uitiat inclinando in actiones malas: quod faciendo etiam ipſas uirtutes (ſi quæ remanent) deformat,vt ſi poſt peccatum,remanent in nobis fides,& ſpes: quæ inter uirtutes computantur, non poſſunt remanere formatæ ſed informes. Pœnitentia ergo omnibus his quinq;,quæ conſequimur per culpam, ſe opponens, claudis reſtituit greſſum,aridis copiam bonorum fructuum,Cæcis reſtituit uiſum,uitia fugat,uirtutes exornat. Inſuper, ipſa eadem culpa,quæ peruertit nos,& quantum ad diſpoſitiones potentiarum, & quantum ad actiores ipſas, nihilominus etiam nos lædit,quantum ad ipſas potentias,& quantum ad hoc, culpa quatuor mala facit

Quid ĩ nobis faciat peccatũ uide egidium 2.ſen. diſt. 34 q ij.ar. 1. & ſuper literã dub. 4.& 5.& diſt. 35.q. ij.art. 1.& ſecundo.

Pœnitẽtia peccato oppoſita tria mala quæ facit peccatũ deſtruit

Peccatum quãtum ad actionẽ qnque mala facit.

Fides, & ſpes informis remanet poſt peccatum.

ſaciat Primo á potentijs munitiones, et fortitudines tollendo, Secundo in eis ægritudinem operando, Tertio diſpergendo eas. & Quarto dolorem & triſtitiam cauſando in ipſis. Homo enim per culpam perdit primo ſuam fortitudinem, & robur, ut non posſit peccatis reſiſtere. Quamdiu.n. ſumus in culpa, & dum non ſumus in gratia, nõ poſſumus omnia peccata uitare: hoc enim ponere, eſſet incidere in errorem Pelagij: q, ex puris naturalibus, poſſit ſibi quiſq; ab omnibus peccatis cauere. Culpa ergo, primo á potẽtijs munitiones & fortitudinem tollit, & ſecundo cum hoc eas infirmat, & ægrotat, ſicut.n. aliud eſt perdere calorem, & aliud eſt in currere frigiditatem, ſic aliud eſt perdere munitiones & fortitudines, & aliud eſt contrahere uitia oppoſita, & infirmari, & ægrotari. Et ſi hæc duo ſic ſe habent q unum concomitatur aliud, ſecundum tamen aliam, & aliam rationem, ſumitur hoc & illud. Hæc ergo duo mala facit in nobis culpa, & ulterius facit malum tertium, quia potentias diſſuit & diſpergit: In peccatore enim, potẽtiæ non ſunt unitæ, ſed diſperſæ et diſſutæ, quia, unũ dictat agere ratio et aliud ſecundum ſenſualitatem agitur. Quarto culpa in potentijs noſtris & in mente noſtra dolorem & triſtitiam cauſat. Nam ſicut gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ: ſic dolor, & triſtitia mentis noſtræ, eſt in nobis ipſis contrariam noſtram conſcientiam inuenire. Contra autem hæc quatuor mala quæ facit culpa, tangit Auguſtinus quatuor quæ facit pœnitentia, quia mentem munit, & roborat contra primum: omnia ſanat, contra ſecundum: omnia reintegrat, contra tertiũ: omnia letificat contra quartum. Et ſi dicatur, q hæc etiam ſuperius tangebantur, quum dicebatur, q peccatum facit languidum, quod eſt tollere robur, & facit hominem leproſum, qd eſt inducere infirmitatem, & morbum, pœnitentia uero econtra, oppoſita bona facit. Porrò dicemus quòd & ſi peccatum bonas diſpoſitiones tollit, & actiones bonas impedit, & potentias lædit, & ſi uno ictu omnia hæc mala facit, nihilominus hæc plura mala ſunt: ſic ecõtra oppoſita quæ facit penitentia ſunt plura bona. Igitur ſi Auguſtinus, uel alij ſancti deteſtando culpam, uel commendando pœnitentiam, uidentur idem pluries iterare, poteſt illud ſic pluries iteratum, ad diuerſa referri, ut ad remotionem perfectionis, uel ad læſionem potentiarum, uel ad impedimenta actionum, uel quomodolibet aliud. Patet ergo quomodo loquendum eſt de culpa, & de pœnitentia, quantum ad potentias bonas diſpoſitiones, uel perfectiones potentiarũ, & quantum ad actiones. Sed quantum ad modum agendi, dicimus quòd culpa tria mala facit, quia habet intemperare ſucceſſus diſpergere impetus, immoderare greſſus. Nam quum incidimus in culpã: primo incipimus uana

Ad maiorem declarationẽ uide Egid. 2. ſent. di. 35 q. 2. art. 2. De hoc uide Egi. 2. ſent. di. 28. q. 2. art. 2. 2. cor. 1.

Quõ dolor poßit eẽ in potẽtijs & in mẽte uide Egid. 2. quolibet. q. 9. et ĩ q̃onibus diſputatis de reſurectione mortuorũ. q. 6.

Culpa tria mala facit quantũ ad modum agendi.

cogitare,& ex hoc dicimur non temperare ſucceſſus, quaſi cogitatio ſuccedens cogitationi,quæ non eſt temperata,nec ad debitum finem ordinata, ſed eſt uana. Secundo quis per culpam quum incepit uana cogitare,& non temperare ſucceſſus, incipit in rebus uanis delectari propter quod dicitur non conſtringere impetus. Et tertio conſentit illis uanis,& tunc dicitur non moderare greſſus. Hic ergo eſt modus culpæ,& modus agendi per culpam. Sed pœnitentia tanq̃ totaliter culpæ oppoſita, temperat ſucceſſus, ne cogitemus uana,cõſtringit impetus,ne delectemur in eis,moderatur greſſus, ne conſentiamus in ipſis.

Cap. IX. In quo oſtenditur, quomodo intelligenda ſunt uerba Auguſtini,de bonis quæ facit pœnitentia, prout per eam in finem tendimus.

St ergo ex præhabitis declaratum, qualiter dicendum de culpa, & pœnitentia quantum ad omnia prætacta: ſed quantũ ad finem, in quem tendimus per omnia præfata,dicere poſſumus, quòd peccatum nos deuiare facit à fine, pœnitentia uero facit nos tendere in finem. Sed de deuiatione à fine, poſſumus loqui dupliciter, primo generaliter,ſecondo ſpecialiter pro ut comparamur ad Chriſtum: generaliter quidem quatrupliciter nos facit deuiare peccatum à fine, primo impediendo intellectum,ne homo ſeipſum cognoſcat. Si enim peccator ſeipſum cognoſceret, & benè ſeipsũ cõſideraret,quantũ uilis effectus eſt per peccatũ,ſtatim à peccato recederet. Scdo peccatum peruertit affectum,ut homo nolit ſeipſum q̃rere,nolit ſeipſum inuenire, quia ſi ſeipſum quæreret, & ſeipſum inueniret,uideret ſe eſſe animal rationale & ſecundũ rõnem debere agere. Tertio per peccatum,à ſocietate angelorum ſeparamur,ad quorum ſocietatem perducti,unà cũ eis deberemus noſtro fine,et noſtro creatore frui. Quarto per peccatũ ab ipſo Deo creatore auertimur. Et quia pœnitentia per omnem modũ peccato opponitur,ideo contra hæc quatuor quibus per peccatum deuiamus à fine,pœnitentia quatuor facit,Quia per pœnitẽtiam homo ignorans ſe recognoſcit,Quærens per hanc, ſe inuenit. Hæc eſt,quæ homines ad angelos ducit,& creaturam reddit creatori. Sic ergo loquendum eſt de culpa,& de pœnitentia, ſecundum q̃ loquimur de deuiatione, uel de conſecutione finis generaliter. Sed prout ſpecialiter,comparamur ad Chriſtũ qui eſt mediator inter nos,et Deũ,dicere poſſumus q̃ ſeptẽ in nobis facit

Pœnitẽtia 4.bona facit in aĩa q̃ generaliter conſequtur finẽ ultimum.

peccatum, quod diuidit inter nos & Chriſtũ, quæ omnia reſtaurat pœnitentia. Nam peccatum facit nos eſſe ouem perditam, quia facit nos à paſtore noſtro deuiare, facit nos eſſe drachmam amiſſam: quia habet noſtram imaginẽ deformare nam ſicat in denario, ſiue in drachma, eſt imago principis, ſic in anima noſtra eſt imago Dei, ſicut ergo, ſi à denario tolleretur imago, non diceretur eſſe denarius, ſic quando ab anima deformatur, uel etiam quodammodo tollitur imago, quod fit per peccatũ. Iuxta illud pſalmi. 72. Imaginem illorum ad nihilum rediges, anima quoq; deſinit eſſe drachma, uel dicitur eſſe drachma ammiſſa. (Qualiter autem peccatum tollat imaginẽ & qualiter non, plana eſt reſponſio, quia non tollit quantum ad ipſas potentias, tollit autem quantum ad perfectiones potentiarum. Ipſas etiam potentias licet non ſimpliciter tollat eas tamen uulnerat, & inhabilitat) Tertio, peccatum facit nos eſſe filium diſſipatorem, tollendo à nobis hæreditatem æternã. Quarto, facit nos eſſe à latronibus, à dæmonibus, uel à carnalibus affectionibus, expoliatos, & uulneratos: expoliatos in gratuitis, uulneratos in naturalibus. Quinto, per peccatum uoluntas noſtra perdit omne bonum, & detinetur in malum. Sexto, per peccatum intellectus noſter induit tenebras, & expoliatur luce. Septimo, per peccatum omnia opera noſtra ſunt cruda, & infrigidata, & immeritoria. Pœnitentia autem tanquàm peccato omnino oppoſita ſeptem facit oppoſita his quæ numerata ſunt. Nam iſta ſcilicet pœnitentia, Chriſto quærenti ouem perditam monſtrat; drachmam decimum Chriſto inquirenti offert, diſſipatorem filium ad patrem reducit, Vulneratum à latronibus, & expoliatum, cuſtodiendum, & curandum tradit, In hac omne bonum inuenitur, & conſeruatur quantum ad affectum, iſta fugat tenebras, inducit lucem quantum ad intellectum, excoquit omnia opera noſtra, quia ignis conſumens eſt, quantum ad actum, ſeu quantum ad opus. Aduertendum autem, ꝙ omnia iſta poſſumus referre ſecũdum ꝙ comparamur ad Chriſtum, quia ipſe ſpecialiter in Euangelio, loquitur de oue perdita, de drachma ammiſſa, de filio diſſipatore, de uulnerato à latronibus, per ipſum conſequimur omne bonum, ipſe enim eſt magiſter noſter, fugans tenebras, inducens lucem, per ipſum excoquuntur igne charitatis omnia opera noſtra, quia ſine ipſo nihil poſſumus facere. Si igitur hic iterantur aliqua ſuperius tacta, tamen ad aliud, & ad aliud referri poſſunt.

Nam pœnitentia facit præfata quatuor generaliter, non deſcendendo ſecundum hunc modum, uel illum, & facit hæc ſeptem ſpecialiter deſcendendo ad hunc modum, prout per pœnitentiam Chriſto coniungimur, per quẽ omnia

Mat. 18. Luc. 15.

Imago Dei an ſit & quõ ſit in anima nr̃a uide Egi. 1. ſent. diſ. 3. parte 2. & 2. ſen. di. 16 & 5. quolibet q. 8.

Quõ peccatũ tollat imaginẽ et quõ p peccatũ potẽtiæ corrũpãtur uide Egi. 2. ſen. di. 35. q. 2. art. 2.

Mat. 18. Luc. 15. Luc. 10. 10. 15.

Xpi mors fuit ſufficiens, ſed nõ fuit efficiẽs pro ſalute omnium.

Eſa.59.a.

illa ſeptem conſequimur. Aduertendum etiam, ꝙ mors Chriſti, & ſi pro redemptione omnium fuerit ſufficiens, tamen redemptionem omnium non eſt efficiens, quia iniquitates noſtræ diuiduunt inter nos, & ipſum: ut non perueniat ad nos influentia ſanctitatis ſuæ, ſed quum per pœnitentiam ad ipſum conuertimur, & ei coniungimur, Tunc tanq̃ ouis perdita ab eo inuenimur, tanquàm drachma ammiſſa ab ipſo recuperamur &c. quæ ſuperius ſunt expreſſa. Aduertendum etiam, ꝙ drachmæ ammisſio quod pertinet ad imaginem, quæ conſiſtit in potentijs animæ, in quibus uulneramur, ut ſunt quædam naturalia, & expoliamur à gratuitis, ut perficiuntur per uirtutes & dona propter ꝙ huius ammisſio drachmæ uidetur eſſe idem cum uulneratione, & expoliatione. Sed dicemus quòd imago Dei, et drachma noſtra conſiſtit in potentijs ſuperioribus, & quia ſecundum Auguſtinum in libro 14. de Trinit. cap. 3. In eo quod eſt potisſimum in anima quærenda eſt imago, vulneratio autem, et expoliatio, eſt in uirtutibus inferioribus, quia ipſa concupiſcibilis, & iraſcibilis, ſiue ipſe appetitus ſenſitiuus per peccatum exſpoliatur a ſuis perfectionibus, & uulneratur, & inhabilitatur ad bonum, ideo ad aliud, & ad aliud referre poſſumus hæc & illa.

Cap. X. In quo demonſtratur, ꝙ ſi uolumus plenè conformari rectitudini diuinæ ſapientiæ, debemus de peccatis noſtris plenè contriri, confiteri, & ſatisfacere, & quid eſt contritio, & propter quas cauſas debemus de peccatis noſtris conteri.

QVoniam ergo locuti diutius ſumus, quot bona faciat pœnitentia ut inducamur ad pœnitentiam, & ne diſcordemus à rectitudine diuinæ ſapiẽtiæ, uolumus nunc de partibus pœnitẽtiæ loqui. Nã culpa facit omnia præhabita mala, per quorum quodlibet diſcordamus à rectitudine diuinæ ſapientiæ, tanquàm ab arte recta, & uera, in qua, omnes huiuſmodi obliquitates cognoſcuntur. Econuerſo autem pœnitentia facit bona oppoſita illis malis, per quæ illi rectitudini, & illi arti conformamur. Verum quia huiuſmodi penitentia integratur ex multis partibus, nec eſt aliquid perfectum ſine omnibus ſuis partibus, ideo ut profectè illi rectitudini conformemur de omnibus pœnitentiæ partibus decreuimus pertractare,

Pœnitẽtiæ tres sunt partes.

quæ cõmuniter dicuntur eſſe tres, Contritio in corde, Confeſsio in ore, Satisfactio in opere. Debet enim primo peccator in corde conteri, quod ſimilitudinariè dictum eſt, ac ſi cor peccatoris, eſſet uas plenum fœtido liquore,

quia eſt repletum turpibus culpis. Cùm ergo conterere, ſit aliquid in minutas partes frangere cor peccatoris debet eſſe contritum.i.in minutas partes fractum,ut totus ille liquor inde exeat, ſi.n.frangeretur in magnas partes,poſſet ibi aliquid de illo liquore remanere. Sed quando omnino contritum eſt,nihil ibi de illo liquore fœtido, remanebit. Iſta ergo contritio,dolor eſt de peccatis,de quibus dolendo uacuatur cor à fœditate, & immunditia peccatorum. Vnde Auguſtinus de huiuſmodi dolore qui requiritur in pœnitẽtia loquens in libro de uera,& falſa pœnitentia dicit: ꝙ peccator ſemper doleat,& de dolore gaudeat,& ſe non ſemper doluiſſe doleat. Iſte ergo dolor debet eſſe quaſi contritio.i. confractio in partes paruas, quia ſigillatim noſtram conſciẽtiam debemus inquirere de omnibus, quæ commiſſimus contra Deum,& de quolibet illorum debemus dolere,ut in nulla parte cordis lateat aliquod peccatum,uel complacentia alicuius peccati, immo ſic ſingulariter, & partibiliter debemus de quolibet peccato dolere, ut totũ cor, quantum ad continentiam peccatorum, ſecundum quamlibet ſui partem ſit confractum,non retinens in ſe aliquod peccatorum. Nam ut dicitur 4.ſent. diſt.14. & allegatur autoritas Gregorij. Qui ſic alia peccata deplorat,ut alia tamen committat adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut diſſimulat,& ſubditur: Quid.n.prodeſt, ſi peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æſtibus anhælat. Et Auguſtinus in de uera, & falſa pœnitentia,cap.9.dicit. Quædam.n. impietas infidelitatis eſt, ab illo qui iuſtus, & iuſtitia eſt,dimidiam ſperare miſericordiam. Debet ergo cor, eſſe contritum per ſingulas partes,& cõfractum,ut de ſingulis peccatis doleamus.

Poſſumus autem aſſignare quinq; cauſas;quare ſic debeamus de peccatis conteri,& dolere. Primo, ut à mundo auertamur,iuxta illud: Nolite diligere mundum,nec ea quæ in mundo ſunt. Secundo, ut ad Deum conuertamur, ſicut ipſe per Prophetam Ioelem cap.2.nos inducit: Conuertimini ad me in toto corde uoſtro,& ſcindite corda ueſtra. Tertio,ut ex hoc Deum adiutorem habeamus ſicut.n.qui ſe auertit à lumine non habet adiutorium ab ipſo, ſic,qui ſe auertit à Deo,quantum in ſe eſt,reſpuit auxilium Dei;contra quos dicitur in pſalmo. 51. Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſibi. Quarto hoc debemus facere ut de peccatis diſplicentiam habeamus, nam non poſſumus inchoare nouam uitam,niſi nobis diſpliceat præterita uita. Quinto debemus ſic conteri,& dolere,ut à peccatis in poſterum caueamus,quia hæc eſt uera pœnitentia ſecundum Ambroſium, mala præterita plangere,& plangenda iterum non committere. Et ſecundum Greg. eſt acta peccata deflere,& flenda non committere.

Quid ſit cõterrere.

Cap.13.

Impietas ẽ ab eo q iuſtus eſt dimidiã ſperare miſericordiam.

pp quinq; cauſas debemus de pctĩs pœnitere.

1. Ioan.2.

2. cauſa.

3.cauſa.

4.cauſa.

In expoſitione pſal. 37. D.

In ſermone quadrageſimali.

Cap. XI. In quo oſtenditur q confeſſio quæ eſt ſecunda pars pœnitentiæ habet animã decorare & q pro pter q̃nq; cauſas debemus ſacerdotibus confiteri.

Cap. 5. Cõfeſſio et pulchritudo conuertũtur. An p ſolã cõtritionẽ abſq; oris cõfeſſiõe et ſatisfactione peccatũ aliquid dimittatur hãc q̃ſtionẽ uide à magiſtro 4. sẽt. di. 17 Luc. c. 17. Vana ẽ intẽtio q̃ non reducitur ad actũ ſi adſit oportunitas. Quõ qs ſine cõfeſſio ne dicitur ſaluari. Cõfeſſio dicitur neĉa pp quinq; rationes.

Secunda pars pœnitentiæ eſt confeſſio, ad quam inducimur teſtimonio Iacobi dicentis, confitemini alterutrum peccata ueſtra. Confeſſio.n. peccatorum animam decorat, & pulchram facit. Vnde confeſſio, & decor ſiue pulchritudo connectuntur, & unum ſequitur ad aliud, iuxta illud pſalmi. 103. Confeſſionem & decorẽ induiſti. Et alibi: pſal. 95. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu eius. Fuerunt autem nonnulli dicentes, q in ſola contritione dimittuntur peccata, ut quis non indigeat confiteri: quod patet per ſimile, de leproſis, de quibus dicitur, quod dum irent, mundati ſunt, mandatum n eis fuerat q ſe oſtenderent ſacerdotibus. In quo ſignificabatur, q peccatores debent ſua peccata confiteri, & ſe ſacerdotibus oſtendere, ante tamen quàm ſe oſtenderẽt, uidentur fuiſſe mundati, ante ergo quàm quis confiteatur, in ipſa contritione, in ipſo propoſito confitendi mundus eſt. Quod concordat cum pſalmo. 31. Dixi confitebor. i. propoſui confiteri, aduerſum me iniuſtitiam meam domino, & tu &c. Si ergo in ipſo propoſito fit remiſſio, non indigemus ulterius confiteri. Dicemus ergo q fatua & uana eſt uoluntas ſi adſit commoditas, & tamen nõ reducatur ad actum. Nulli ergo remittitur culpa, niſi adſit confeſſio in uoto, & niſi proponat confiteri, aliter non eſt illi remiſſio. Si ergo ibi ad eſt tale propoſitum, & adeſt commoditas confitendi, & non adimpleat quod habuit in propoſito, & in uoto, factuum reputatur tale propoſitum & non eſt ſufficiens ad ſalutem. Poteſt ergo quis ſine confeſſione ſaluari, dum tamen conteratur, & proponat confiteri, & deſit ſibi ſpatium confitendi, ſed ſi adſit confitendi commoditas, uel fictè propoſuit q uolebat implere, uel eſt à ſuo bono propoſito remotus, & ex hoc eſt Deo ingratus, in qua ingratitudine perſiſtens non poteſt ſalutem conſequi. Poſſumus autem aſſignare quinque rationes propter quas quiſque debet confiteri. Primo ut in re certa ſe ponat: Nam quum quis confitetur, clauibus eccleſiæ ſe ſupponit, quia magna eſt uirtus clauium, & multoties uirtute clauium quis de atrito fit contritus, & homo neſcit bene iudicare, an ueram contritionem habeat: Ideo debet ſe ſupponere clauibus, ſperans & confidens, q uirtute clauium, ſuppleatur, ſi quis ſit in contritione deffectus, ratione cuius magis ſe fundat in re certa, dicente ſententia ſapientis: TENE CERTVM, & di-

mitte incertum. Secundo hoc debet facere quia transgreſſionem mandati uitat: Nam quum præceptum ſit q. debeamus confiteri, q. figuratum fuit Leuitici. 14. cap. ubi dicitur q. hic eſt ritus leproſi, quando mundatus eſt: Adducetur ad ſacerdotem. Vbi figuratum eſt quod peccator mundandus à lepra peccati per confeſſionem, debet ſe oſtendere ſacerdoti. Tertio debet hoc facere, ut augmentum gratiæ habeat: Nam & ſi in contritione conſecutus eſt gratiã, per confeſſionem (ſi deuotè hanc agit,) augmentum gratiæ promeretur. Ideo dicitur prouerb. 28. cap. q. QVI ABSCONDIT ſcelera ſua, non dirigetur: qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit eam, miſericordiam conſequetur, quæ miſericordia intelligenda eſt, uel quia de nõ grato fit gratus: ſi ante confeſſionem non fuit in gratia, uel quia de grato fit magis gratus ſi in gratia exiſtens, deuotè ſe clauibus eccleſiæ ſubijcit. Quarto hoc debet facere, ut de peccato cognitionem habeat: Supponitur. n. q. ſacerdos ſit ſciens diſcernere, inter lepram & lepram, et ſciat dare notitiam de peccatis, & ſciat ligare, & ſoluere, Vnde Auguſtinus in de uera, & falſa pœnitentia ait, quòd qui uult confiteri peccata, ut inueniat gratiam quærat ſacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere, ne ſi negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eum miſericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant. Quinto debet aliquis confiteri peccata, ut pœnam ſibi debitã pro peccatis minuat, nam ipſa erubeſcentia, quæ eſt in confeſſione, eſt pars ſatisfactionis, & minuit pœnam debitam pro peccatis.

Qualis debeat eẽ ſacerdos audiẽs cõfeſſiones.

Cap. x. & xx. Aug. lib. de uera & falſa pœnitentia. cap. x.

Cap. XII. In quo oſtenditur q. ſatisfactio quæ eſt tertia pars pœnitentiæ propter quinque cauſas eſt neceſſaria pœnitenti.

Ertiã pars pœnitentiæ eſt ſatisfactio quæ poteſt comparari ad quinque: Nam in peccato ſunt tria, uidelicet Superbia, prout peccator non uult Deo ſubeſſe, Auaritia, prout uult propriam uoluntatem, & cupiditatem conſequi. Obligatio ad pœnam ratione transgreſſionis, Ad quinque ergo poteſt comparari ſatisfactio, uel ad Superbiam, quæ eſt in peccato, prout non uult uoluntati alterius ſubeſſe, uel ad Auaritiam, prout uult ſuam uoluntatem, & cupiditatem conſequi, uel ad obligationem ad pœnam, uel ad alias partes pœnitentiæ, quæ ſunt contritio, & confeſſio, & c. uel ad ipſum ſatisfacientem & pœnitentem. Cùm ergo pœnitens hoc modo ſatisfaciat, quia ſupponit ſe uoluntati alterius. ſ. ſacerdotis, & relinquit uoluntatem propriam, & facit illud quod ſacerdos ſibi iniungit, dato quòd

Tria includit pctũm. Satisfactio ad qnq; cõparari poteſt.

ſibi ſit graue, & ſibi diſpliceat facere, propterea quinq; requiruntur, ut ſit bona talis ſatisfactio. Primo, ut peccator uoluntati alterius ſe ſubijciat, contra ſuperbiam, quæ fuit in peccato. Secundo, ut uoluntatem propriam deferat, contra auaritiam, quæ etiam eſt æqualiter in quolibet peccato. Tertio, ut in ſeipſo pœnam gerat, contra obligationem quæ habet eſſe in quolibet peccato, nam hinc dicitur pœnitens (ſecundum Auguſtinum in de uera, & falſa pœnitentia, cap. 19.) quaſi pœnam tenens. Quarto hoc debet facere, ut defectum, ſi quis contra hoc fuit, in huiuſmodi contritione, & confeſſione, ſuppleat, Nam dolor contritionis, & pudor confeſſionis, ſunt partes ſatisfactionis. Sed forte non fuit tantus dolor, nec tantus pudor, quòd, ſufficienter ſatisfaciat pro peccato, Ideo præter contritionem, & confeſſionem, iniungenda eſt aliqua alia ſatisfactio. Quinto, bona eſt ſatisfactio, ut pœnitens totum ſe Deo tribuat, Nam in ſatisfactione iniunguntur ad orationes, abſtinentiæ, elemoſinarum largitiones, peregrinationes, ieiunia, & alia huiuſmodi. Cùm ergo contritio ſit in corde, confeſſio in ore, ut anima ipſius peccatoris ordinetur in Deum, tam corpus, q̃ res exteriores (ſi quas habet) ut totum ſe deo tribuat, iniungenda eſt ſatisfactio, uel quantum ad ieiunia, per quæ corpus maceratur, uel orationes, per quas totus in Deum ordinatur, uel quantum ad genuflexiones, per quas corpus inclinatur, & anima humiliatur, uel quantum ad itinerationes, per quas corpus fatigatur, uel quantum ad eleemoſinarum largitiones, per quas bona exteriora communicantur, ut ſic totus homo, ſecundum ſe, & ſecundum omnia ſua poſſit ordinari in Deum. Vnde cum maturitate & cum diſcretione debet ſacerdos uidere, quid cuiq; imponat: quia quanto magis pœnitens conteritur, & dolet, & magis uerecundatur de peccato tanto magis ſatisfacit, & minor ei pœna ulterior ponenda eſt: ſicut etiam iuuenibus magis eſt abſtinentia iniungenda, ut magis macerẽtur, in carne & ut macerati ſibi à peccatis caueant.

Marginalia: Quinq; requiruntur ad hoc q. ſatisfactio q̃ ẽ tertia ps pœnitẽtiæ ſit ualida. — Quõ totus hõ ſcdm ſe et ſcdm oĩa ſua ordinetur ad deũ.

Cap. XIII. In quo oſtenditur q. ex quarta laude diuinæ ſapientiæ, ut quia in illa relucet infinita bonitas per eam à creaturis participata, ſoluitur quarta quæſtio qualiter Deus ſit diligendus.

Marginalia: De hac qõne & quarta laude uide Egid. in

Poſtq̃ egimus de tribus laudibus diuinæ ſapientiæ, per quas ſoluimus tres propoſitas quæſtiones: Volumus agere de quarta laude, uidelicet, de bonitate diuinæ ſapientiæ: ex qua poterimus ſoluere quæſtionem quartam: Qualiter debemus Deum diligere, q. ſi bene ſciuerimus

mus, ſcire poterimus, quæ, & quot ſunt ex charitate diligenda, & quot bona facit in nobis dilectio charitatis. Sciendum ergo, q̃ idem eſt amare q̃ uelle bonum. Vnde & Phyloſophus ſecundo Rethoricorum capitulo de amore ait, q̃ diffinientes amare, dicamus q̃ eſt uelle alicui quæ putamus eſſet bona. Ex ipſa itaq; ratione bonitatis, quam uolumus alicui, uel nobis, oportet, q̃ ſumatur ratio amoris. Igitur, ex bonitate Dei, ſcire poterimus, qualiter diligendus ſit Deus. Dicimus autem q̃ quarta laus diuinæ ſapientiæ, eſt eius bonitas. Nam illa ſapientia, non ſolum eſt plena, alta, & recta, ut dicebant tres primæ laudes: ſed etiam eſt bona, et optima, ſicut dicit hæc quarta laus: Dicitur enim bonum æqualiter enti. Sicut igitur aliquid eſt ens, ſic eſt bonum, & quod eſt infinitum ens, eſt infinitum bonum: & quia illa diuina ſapientia eſt infinitum ens, conſequens eſt q̃ ſit infinitum bonum. Si ergo ex ratione bonitatum ſumitur ratio dilectionis, conſequens eſt, q̃ Deus ſit in finitum diligendus: & quia ad hoc non poſſumus pertingere, quia dilectio noſtra, ſiue ſit actus dilectionis, ſiue habitus, eſt finitus (quum ſit quid creatum:) conſequens eſt, q̃ non poſſumus Deum tantum diligere, quin ſit plus diligendus: Inde eſt q̃ ſecundum Gregorium, modus charitatis, eſt non habere modum: Ideo præcipitur in lege Moſayca & euangelica q̃ diligamus Deum omni modo quo poſſimus, ex tota mente, ideſt ex tota memoria, ex toto corde, ideſt, ex tota intelligentia, ex tota anima, ideſt, ex tota uoluntate, quæ ſunt tres partes imaginis. Et ulterius debemus ipſum diligere ex omnibus uiribus: Quod dupliciter poteſt exponi. Primo, ut omnes uires referantur ad illas potentias animæ. Nam non ſolum partes imaginis, quæ ſunt ſuperiores animæ, uires Memoria, uidelicet, Intelligentia, & Voluntas: ſed oẽs alias uires animæ, debemus ordinare in Deum: propterea q̃ non ſolum ex tota memoria, intelligentia, & uoluntate, ſed ex omnibus alijs uiribus animæ, debemus in Deum ferri, & ipſum diligere, & omnia ad ipſum per dilectionem ordinare: uel poſſumus dicere, q̃ nullum debemus habere modum in diligendo Deum, nec extenſiue, nec intenſiue: ſed nos totos, & totaliter: Debemus ergo Deum diligere, ex tota mente, ex toto corde, & ex tota anima, ideſt omnia noſtra, & nos totos, ordinando in ipſum, ut ſit ibi totalitas extenſiue, ut nihil ſit in nobis, quod non ordinemus in ipſum. Debemus inſuper hoc facere ex totis uiribus, q̃ ſit ibi totalitas intenſiue, ut cum omni feruore, & quantum poſſumus, & ſecũdum omnes uires noſtras, omnia noſtra ordinemus in ipſum. Prima ergo totalitas (ut dicitur ex tota mente &c.) ſumitur extenſiue, ut ibi comprehendantur omnia noſtra. Secunda autem totalitas quum dicitur, (ex omnibus uiribus &c.) ſumetur intenſiue, quia

prologo. 1 ſen. prin. 2 qõne. 2. & diſ. 1. prin. 2. q. 1. et 4 quolibet q. 14. et 2. ſẽ. diſt. 3. parte ij. q. ij. arti. 5. & di. 21. q. 1. Cap. 4.

Deutero. 6 a. Mat. 22. d Mar. 12. e. Luc. x. e.

Deus qa ẽ bonũ infinitũ diligendus eſt oĩbus modis.

deus diligẽdus eſt extenſiue, & intenſiue.

oĩa noſtra non quocũq; modo, ſed modo ſummo debemus ordinare in Deum: ex bonitate itaq; illa q̃ relucet in diuina ſapĩa, ſcire poſſumus qualiter Deus ſit diligẽdus: ſed ipſa diuina bonitas q̃ relucet in ipſo Deo, et in eius ſapĩa, tripliciter pōt cōſiderari. Primo q̃tа eſt in ſe. Scđo q̃ta ẽ in ſuorũ effectuũ ꝓductione tertio q̃ta eſt in ipſorũ conſeruatione: Ex ipſa autem diuina bonitate in ſe, oſtenſum eſt, qualiter ſit diligendus, quia diligendus eſt, ſecundum oĩa noſtra, & ſecundum omnes uirer, & ſecundum omnem modum, ſecundum quem poſſumus: Quod non ſolum ueritatem habet, ſi conſideremus diuinam bonitatem, relucentem in illa diuina ſapientia quanta eſt in ſe: ſed etiam, ſi conſideremus eam in productione ſuorum effectuum, quia ſecundum ſententiam Apoſtoli: nihil habemus quod non acceperimus: Ab ipſo enim habemus, Mentem, Cor, & Animam, ſiue memoriam, & Intelligentiam, & uoluntatem, & omnes potentias animæ: Ab ipſo etiam, habemus omnes uires, & omnem conatum in bonum, qui poteſt eſſe per huiuſmodi potentias: ab eo ergo habemus omnia extenſiuè, & intenſiuè, quantum ad res habitas, & quantum ad modum habendi: quantum ad id quod ſunt, & quantum ad eorum conatum, & quia magna ingratitudo eſt, non ordinare omnia quæ habemus ad illum à quo habemus: Ideo ne ingrati ſimus Deo, omnia noſtra ſecundum omnem conatum debemus ordinare in ipſum Deum, nec ad hoc ſufficit, quia non poſſumus ei reddere æquiualens. Si enim conſideramus hunc modum, nihil ſuper errogamus, & nihil facimus, quod non teneamur facere: Ideo dicebat Dominus, ꝙ quum omnia bona fecerimus, debemus dicere, ſerui inutiles ſumus, & quod debuimus facere fecimus. Tertio hoc idem patet, ſi conſideremus diuinam bonitatem relucentem in diuina ſapientia, quantum ad effectuum conſeruationem. Nam Deus, non ſic eſt cauſa rerum ſicut ædificator eſt cauſa domus, quia recedente ædificatore, adhuc ſtat domus: ſed ſi ad momentum Deus deſeret creaturam ſuam ſtatim eſſe deſiſteret. Vnde Auguſt. 4. ſuper Geneſin, ca. 12. ait, ꝙ neq;. n. ſicut ſtructuram ædiũ quum fabricauerit quis abſcedit, atq; illo ceſſante, & abſcedente, ſtat opus eius: Ita Mundus, uel ictu oculi ſtare poterit, ſi ei Deus regimen ſiue ſubtraxerit, & quia Deus eſt ſuper omnia conſeruãs ea, & ſine ipſo nihil ſunt omnia: Ideo ad ipſum debemus conuerti per omnia, & in ipſum omnia noſtra p dilectionẽ, omni modo quo poſſumus, ordinare debemus. Vnde Augu. loquens Deo. 6. confeſſionũ cap. 6. ait. Quod relictis oĩbus cõuertamur ad te, q es ſuper oĩa, & ſine quo nulla ſunt omnia. Aduertendũ aũt ꝙ modus dilectionis diuinæ ẽ, ꝙ ipſum dilligamus ſuper omnia intẽſiue, qa ex totis uiribus, & ſup oĩa extenſiue, quia ſcđm oẽs potentias noſtras, quem modũ di-

Diuina bonitas tripliciter cōſiderari pōt.

1. cor. 4. b.

Luc. 17. c.

Quō deus ſit cã cōſeruãs uide Egi. in lib. de cauſis ſup co. 3. ꝓpōnis & ſecũdũ co. xij. me. 8 ꝙ d̃us reſpectu noſtri eſt ĩ triplici gñe cãæ. ſ. efficiẽtis finalis et formalis et ij. ſẽ. di. 1 parte 1. q. ij ar. 5. & di. 35. q. 2. ar. 1. & 37. p pōne ꝺ corpore. x. &

ligendi appropriamus laudi diuinæ ſapientiæ, pro ut in ea relucet infinita bonitas. Nam pro ut Deus, p ſuam ſapientiam cognoſcit ſe infinitũ bonum: ſuam bonitatem comunicauit rebus per ſuam ſapientiam, ut dicantur omnia in diuina ſapientia eſſe facta, & quia prout per ſuam ſapientiam bonitatem ſuam comunicauit nobis, & fecit nos eſſe debitores ſuos. Vt ex hoc teneremur ipſum diligere, et non habere modũ dilectionis laudi diuinæ ſapiæ, pro ut ipſa eſt infinitũ bonũ, & in ea relucet bonitas infinita uolumus adaptare.

in cõibus diſputatis de primo prir. q. 4. ps. 103. c.

Cap. XIIII. *In quo oſtenditur quomodo ex modo dilectionis diuinæ ſapientiæ ſcire poſſumus quæ & quot, & quo ordine, ſunt ex charitate diligenda.*

DIximus autem ſupra, q ſi ſciuerimus qualiter ſit Deus diligendus, ſcire poßemus, quæ et quot ſunt diligenda ex charitate, et quot bona faciat in nobis dilectio charitatis. Recitat autem Aug primo de doct. chriſt. ca. 23. quatuor diligenda eſſe: Vnum quod eſt ſupra nos, uidelicet Deus: aliud quod nos ſumus. Tertium quod eſt iuxta nos. ſ. proximum, et quartum quod eſt infra nos, uidelicet corpus noſtrũ, ſed eo modo quo ipſe poſuit quatuor ſic eſſe diligenda, potuiſſet ponere quinq;. Nã ſicut nos ipſos diuidimus in duas partes. ſ. in hominem interiorem, et exteriorem, uel (ut loquamur uerbis Aug. 1. de do. chr. ca. 26.) in aĩam, et corpus: Sic poſſumus et pximos nr̃os diuidere, ut dicamus qnq; diligenda eẽ ex charitate, uidelicet Deus, q eſt ſupra nos, hõ interior qđ nos ſumus hõ interior proximi, qui eſt iuxta nos, hõ exterior noſter, ſiue corpus noſtrũ, qđ eſt infra nos, & homo exterior pximi ſiue corpus eius qđ ẽ iuxta corpus noſtrũ; ſed ſi ſic dicimus nõ uidemur oĩa enumeraſſe, q̃ ſunt ex charitate diligẽda. Nã, & ipſe amor, & ipſa dilectio ẽ ex charitate diligẽda. Vnde Aug. 8. de Tri. c. 8. Nemo dicat nõ noui qd diligã, diligã fratrẽ, & diligat eã dilectionẽ qua diligit fratrẽ. Dicemus ergo duo eẽ genera diligẽdorũ. Nã aliqua diligimus, tanq̃ ea qbus bonũ uolumus: aliqua aũt, nõ tanq̃ ea qbus bonũ uolumus, ſed tanq̃ aliquã bona, q̃ nobis, uel alijs uolumus. In primo quidem gñe, uno mõ ſunt tria diligẽda, alio mõ ſunt quatuor, alio mõ quinq;, Aug aũt. xix de trin. cap. 14. et. 1. de doc. chr. c. 26. Tria dicit eſſe diligẽda ex charitate Deus, Proximus, & nos ipſi, q̃ tria diligenda inuũtur quũ Dñs ait. Diliges Dñm Deum tuũ, et Proximũ tuũ ſicut te ipſum. In. 1. aũt de do. chr. c. 23. dicit eẽ quatuor ſic diligẽda, qa diuidit nos ipſos in aĩam & corpus, uel in uos, et corpus nr̃um. Nam quũ aliquid cõponitur ex duobus, ſemp ſuppremũ ſumit nomen totius

Quinq; ſũt ex charitate diligẽda

An charitas et amor ſit ex charitate diligẽdus uide Egi. 1. ſen. di. 17 prii. 3. q. 1.

Mat. c. 22.

ut quod facit Papa dicitur facere eccleſia, quia Papa eſt caput eccleſiæ, & ſicut Papa ſuppremum in eccleſia dicitur: ſic anima noſtra, uel animus, uel homo interior, uidetur eſſe nos ipſi, ſed ſicut nos ipſi diuidimur in duo, ſic & proximos noſtros in illa duo diuidere poſſumus, & potisſime prout homines ſunt proximi noſtri, qui diuiduntur in naturam corporalem, & ſpiritualem, quod dicimus propter Angelos, qui etiam ſunt proximi noſtri, quia poſſunt nobis miſericordiam impartiri: Non enim inter nos, & Angelos eſt illud chaos magnum firmatum q̃ non poßimus ire ad eos, & quòd non poſſint dici proximi noſtri. Quinque ergo (ut tangebamus) ſunt diligenda ex charitate. Natura ſpiritualis, quæ eſt ſupra nos, uidelicet Deus, & natura ſpiritualis quæ nos ſumus, uidelicet anima noſtra, et natura ſpiritualis proximi quæ eſt iuxta nos, uidelicet anima illius, ſiue ſint ſpiritus Angelici, ſiue humani, & natura corporalis noſtra quæ eſt infra nos, uidelicet corpus uoſtrum, & natura corporalis aliorum hominũ, uidelicet corpora eorum, quæ eſt iuxta corpus noſtrum. Hæc autem omnia diligimus tanq̃ ea quibus bonum uolumus, quæ hoc ordine ſunt diligenda. Nam primo eſt diligendus Deus, magis etiam q̃ nos ipſi, quia propter q̃ unum quodq; & illud magis: poſter. 1. t. c. 5. quum ergo Deus ſit diligendus propter ſeipſum: quilibet autem debet diligere ſeipſum, non propter ſeipſum, quia non eſt ipſe ſui ipſius finis, ſed propter Deum: conſequẽs eſt q̃ quilibet debet plus diligere Deũ q̃ ſeipſum, nec in hoc poſſumus dubitare, quia ſi amor eſt quædam unio, magis Deus unitur, & eſt magis uicinus nobis q̃ nos, nobis ipſis, ut uult Auguſtinus in tertio libro confeſſionũ, cap. 6. Immo magis bonum noſtrum non poſſet ſubſiſtere ſine Deo. Bonum ergo noſtrum reſeruatur in Deo magis q̃ in ſeipſo: Nam bonum noſtrum, non poſſet ſubſiſtere ſine Deo, Bonum ergo noſtrum, non poſſet ſubſiſtere in ſeipſo, niſi eſſet coniunctum Deo: unde ſi anihilatum, & ſi nihil eſſet in ſeipſo, poſſet a deo refici: ergo quilibet homo, debet ſe magis amare in Deo, q̃ in ſeipſo, & magis amare Deum q̃ ſeipſum, quum ſuum bonum magis ſit ipſe Deus, q̃ ſit ipſemet ipſi, ſic etiam plus debemus diligere Deum q̃ proximos noſtros. Nam filij plus ſunt uniti patri, q̃ ſibi ipſis. Nam nõ ſunt uniti ſibi ipſis, niſi quia ſunt uniti patri à quo deſcenderũt, propter quòd maior eſt amor filiorum ad patrem q̃ ad ſeipſos, ſic & nos gerimus imaginem unius Dei: unio ergo ad alios, eſt ex unione quam habemus ad Deum, ut Deum plusq̃ omnia alia diligamus: Debemus ergo diligere Deũ plusq̃ nos & proximos: ſed nos debemus plus diligere nos, quàm proximos noſtros. Nam non præcipitur nobis, q̃ diligamus proximos noſtros plusquã nos ipſos, ſed ſicut nos ipſos, ideſt ad id

An angeli ſint proximi nr̃i uid Au. 1. d doctr. chri. c. 30. ergo ille cẽſendus eſt ꝓximus noſter q faciit nobiſcũ miſericordiã iuxta dictũ ſaluatoris Luc. x. c. Luc. c. 16.

Quo ordĩe diligenda ſunt ea qui b[us] bonũ uolumus hũc ordinẽ uid ab Au. 1. de doc chriſt. cap. 27.

ad quod diligimus nos ipſos,ut ſicut nos ipſos diligimus ad uitā æternam, ſic & proximos noſtros,ad uitam æternam debemus diligere, oportet.n.q; ex fine ſumatur omnis ratio dilectionis. Nam *finis ſe habet in diligibilibus ſicut principia in ſpeculabilibus:ſicut ergo principijs credimus propter ſe, cōcluſionibus autē propter principia,Ideo plus credimus principijs quàm concluſionibus:ſic finem diligimus propter ſe, alia autem propter finem.* Deus *autē eſt diligendus,quia ipſe eſt finis,& beatitudo noſtra,ideo eſt ſumme diligendus.* Nos *autem,debemus diligere nos ipſos propter hunc finem, ut coniungamur ei: proximos autem propter hunc finem,ut aſſociemur eis in huiuſmodi fine:* Et *quia plus ē uniri fini,quàm aſſociari alijs in unione ad finem, plus debemus diligere nos ipſos,q̄ proximos noſtros.Corpora autem noſtra debemus diligere propter hunc finem & propter hanc beatitudinem,ut quia,à beatitudine illa in anima redundabit beatitudo in corpus: ſicut.n.quum quis eſt letatus in anima à letitia quæ eſt in corde reſultat pulchrior color in corpore.* Sic *in patria & multo magis a decore,& beatitudine in anima,redundabit decor & beatitudo in corpore,propter q̄ corpus noſtrum eſt quarto loco diligendum:corpora autem proximorum debemus diligere tanq̄ ea quæ noſtris corporibus aſſociabuntur in participatione ſecundum talem reſultationem talis beatitudinis,* Ideo *corpora proximorum ſunt ultimo diligenda.* Aſſignauimus *ergo(ut eſt per habita manifeſtum)in hoc genere diligendorum(prout ſunt ea quibus uolumus bona)quinq; gradus.*Quia *primo uolumus bonum diuinum ipſi* Deo: *Secundo uolumus huiuſmodi bonū uniri nobis:*Tertio *uolumus in illo bono aſſotiari nobis proximos noſtros:* Quarto *uolumus illud bonum aliqualiter reſultari in corpora noſtra.* Quinto *uolumus in tali reſultatione aſſociari corporibus noſtris corpora proximorum: ſed ſicut aſſignauimus ordinem in his quæ diligimus,t.ā quàm ea quibus bonum uolumus.ſic poſſemus aſſignare ordinem in his quæ diligimus,tanq̄ quædam bona quæ nobis,uel alijs uolumus, quæ ſunt in triplici ordine.*Nam *primo eſt ipſa dilectio, ſiue ipſa charitas,quæ eſt mater omnium,ſecūdo ſunt aliqua interiora bona.*Tertio *poſſunt etiam ſic diligi exteriora bona,quæ oīa ēt propter finē, & ꝑpter beatitudinē debemus diligere.*Charitas *ergo, & cūa illa bona ſine quibus nunq̄ ē charitas et q̄ nunq̄ ſunt ſine charitate debemus primo diligere,tanq̄ ea ſine qbus beatitudo haberi non poteſt, & tanquàm quibus habitis à beatitudine fruſtrari non poſſumus:* Bona *autē illa interiora debemus diligere ex charitate tanquàm conſecutam finis, quaſi adminiculantia ex propinquo, bona etiam exteriora poſſumus diligere nobis & alijs,tanquàm aliqualiter iuuantia ad*

Sñtia phy 6.Ethic.c. .3 *et* 7.c.14 *et* 2.*phi.t.* c. 89.

Egi .2.*ſen. di.*1.*pte.*2. *q.*2.*arti.*3. *ad.*4. *īquit q̄ diuīa bonitas eſt finis oīm nō ſub rōne q̄ ē beatitudo ſed ſub rōne qua oīa aliquo mō participāt eius bonitatē & an deus ſit finis oīum uide ibi* Egi.*ar.* 4.

vtrū charitas ſit ex caritate diligēda uide Egi.1.*ſen. di.*17.*prin.* 3.*q.*1.

ræ, ut uult Auguſtinus undecimo de ciuitate Dei, cap. 17. ſicut ergo corpora in locis contra naturam non quietantur: ſic quum animus fertur in aliquid per uitium non quietatur, immo per hoc magis habet pœnam, iuxta illud Auguſtini primo confeſſionum cap. 12. Iuſiſti Domine, & ſic eſt, ut pœna ſua ſibi eſſet omnis inordinatus animus. Quum ergo mens fertur per amorem in id quod eſt ſecundum naturam, uel in id quod eſt conueniens naturæ, uel quod perficit naturam, ſecundum quem modum fertur in Deum, q potiſſime facit in nobis amor charitatis, dicimus q ſecundum talem motum, & ſecundum talem amorem: natura ſpiritualis conſequitur quinque, correſpondentia illis quinque, quæ conſequuntur corpora, prout per pondus ordinantur in locum ſibi conuenientem: Nam huiuſmodi charitatis amor, facit nos in Deum tendere, unit nos ei, transformat nos in ipſum, facit nos de Deo gaudere & in ipſum quieſcere, facit primo talis amor in Deum tendere. Nam quum proprie talis amor, ſit diuinus & in omnibus faciat nos habere Deum tanquàm finem: quia nos facit diligere omnia propter ipſum, quum res quælibet naturaliter tendat in ſuum finem, conſequens eſt, q hoc ſit de natura huius amoris, q præeuntis nos faciat deſiderare Deum, & in ipſum per deſiderium tendere. Habet etiam huiuſmodi amor, nos Deo unire, quia hoc eſt de ratione amoris, q ſit quædam uirtus unitiua amantis cum re amata, ut dicit Auguſtinus de trinitate cap. 10. & Dionyſius quarto de diuinis nominibus ubi ait, q omnem amorem, ſiue Diuinum, ſiue Angelicum, ſiue intellectualem, ſiue animalem, ſiue naturalem unitiuam quandam dicimus eſſe uirtutem. Inde eſt ergo q Apoſtolus prima ad Corint. cap. 6. dicit q qui adhæret Deo (ſcilicet per amorem) unus ſpiritus eſt cum illo. Tertio huiuſmodi amor habet nos in Deum transformare. Nam plus facit amor, q̃ faciat ſcientia, quia ſcientia aſſimilat tantum. Sufficit enim q in ſciente ſint ſimilitudines ſcitorum ad hoc q illa ſcita ſciantur ab eo: immo aliquando maior eſt cognitio rei ſcite per ſimilitudinem, quàm per eſſentiam eius: Vt Angelus de ſeipſo habet cognitionem per eſſentiam ſuam. Deus autem non habet cognitionem de re creata, per eſſentiam rei creatæ, ſed per eſſentiam ſuam quæ eſt ſimilitudo, & exemplar omnium creaturarum: Incomparabiliter tamen pleniorem cognitionem habet Deus de Angeli, quàm Angeli de ſe ipſis: Vnde Dionyſius ſexto, de Angelica, Ierarchia,

turã et uitium contra nãm et Aug. 3. de libero arbitrio ca. x. uitiũ ẽ: q̃a cõtra nãm eſt, uide ẽt Egi. 2 ſen. di. 35. q. 2. ar. 2. et di. 24. q. 1. ar. ij. ad tertiũ inq̃t q ſi uitia aliquo mõ poſſũt dici nãlia, hoc ẽ ſcdm nãm materiæ q̃a aliq hñt corpuſ et cõplexionem magis diſpoſitum ad unũ uitiũ q̃ ad aliud et ille magis adillud ſed uitium nunq̃ dicetur naturale ſecũdũ naturã formæ.

Angeli quomodo intelligant ſe uide Egid. in queſtionibus diſputatis de cognitione Angelorum, & ſecundo ſent. diſt. 5. parte ſecunda. q. 2. art. primo.

uult, ꝙ quanti & quales ſunt cœleſtes ſpiritus, ſolus princeps perfectiones eorũ .i. ſolus Deus nouit: (& ſubdit) ꝙ ipſi Angeli dicuntur proprias ignorare uirtutes: quod intelligendum eſt reſpectu Dei, quia tantum eſt clara cognitio quam habet Deus de Angelis, ut reſpectu illius cognitionis dicantur Angeli ignorare ſeip os. Scientia ergo aſſimilat .i. ſufficit aſſimilatio ad ſcire. Sed amor transformat, quia ſi fit pfectus amor, omnino uult eſſe amans idem, ꝙ res amata: Ideo dicit Dionyſius .4. de diuinis nominibus, ꝙ amor ponit rem extra ſe, & collocat ipſam in re amata. Quarto amor Diuinus facit nos de Deo gaudere. Nam quum habeat nos transformare in Deum, & facere nos Dei formes, & diuinos: conſequens eſt, ꝙ faciat nos gaudere de rebus diuinis. Nam ex coniunctione, conuenientis cum conuenienti, de neceſſitate ſequitur delectatio, & gaudium: Huiuſmodi ergo amor, quo nos transformat, & conformat rebus diuinis, facit nobis diuinia eſſe delectabilia. Pondus ergo in corporibus, facit ꝙ corpora tẽdant ad illum locum in quo conſeruantur: ſic amor iſte diuinus, facit nos delectabiliter tẽdere in Deum & eſſe in ipſo, & per conſequens quantum eſt de ſe, facit uos perſiſtere in Deo, & conſeruat nos in ipſo, quia quilibet libenter perſiſtit in actu delectabili: Et quia ſic eſt, ideo inter cætera ſigna, hoc eſt ualde magnum ſignum, ꝙ homo ſit in charitate, & ꝙ habeat huiuſmodi amorem, quando delectatur in rebus ſpiritualibus, & diuinis. Certitudinaliter quidem ſcire non poſſumus: Vtrum amore, uel odio digni ſimus ut dicitur Eccleſiaſtes .9. ſed per ſigna ualde probabilia, ut ſi non habemus remorſum conſcientiæ: ſi libenter audimus, uerba diuina: ſi delectamur in uerbis diuinis: confidere debemus, ꝙ in charitate ſumus. Quinto huiuſmodi amor charitatis facit nos in Deo quieſcere: quia mens delectata in aliquo, (ſecũdum ꝙ delectatur) quieſcit in illo, & maxime, ſi delectatur in eo finaliter: quam delectationem finalem de Deo, facit in nobis diuinus amor. Erit ergo huiuſmodi ordo: ꝙ huiuſmodi amor charitatis, primo incipit, ſecundo perficit, tertio ſic perfectus, facit amatorem dicere cum Paulo Cupio diſſolui, (ratione delectationis diuinæ) et eſſe cum Chriſto, ſiue eſſe in Deo, & quieſcere in ipſo. Ergo ſecundum hunc amorem, incipientes per deſiderium in Deum tendunt, perficientes ei uniuntur, perfecti quaſi omnino Dei formes, in Deum transformantur: transformati, nihil eſt eis aliud delectabile, niſi Deus, ſic autem de Deo delectati quieſunt in ipſo; Ergo ſi dubitas, qualiter debemus Deum diligere: Debemus ipſum diligere ſine modo: ut diligamus ipſum quantum potes extenſiuè, & inteſiuè (ut ſuperius dicebatur) ut omnia ordinate diligamus propter ipſum, quem diligẽdorum ordinem ſuperius exprimebamus: Debens etiam ſic eum diligere-

Ergo alia deſcriptio amoris ẽ q̃dam uis tẽdẽs ĩ aliqd ſibi cõueniens q̃ dſcriptio põt accipi ex uerbi Aug. 13 cõfeſſionum cap. 9.

Signũ potiſsimum p qd hõ põt cognoſcere ſe harẽ charitatẽ ẽ delectatio de rebus ſpũalibus d hac materia diffuſius uide ab Egi. i. ſẽ. di. 17. pte 1. prin. 3. qõne. 2.

Augu. x. de tri. ca. x.

Egilogus. Cap. xiiij.

diligere, ut in eum tendamus, ut ei uniamur ut in ipſum transformemur, & delectemur in ipſo, & quieſcamus in ipſo.

Cap. XVI. In quo oſtenditur, quomodo ex quinta laude diuinæ ſapientiæ, uidelicet: quia eſt omnibus propinqua, & proxima: ſoluitur quinta quæſtio, qualiter debemus Deum timere, et ei in omnibus obedire.

Expeditis quatuor propoſitis quæſtionibus, & adaptatis ad quatuor laudes diuinæ ſapientiæ: Volumus expedire quæſtionem quintam. ſ. quomodo debemus Deum timere, & ei obedire: quam expediemus ſecundum quintam laudem diuinæ ſapientiæ. Erat enim quinta laus, ꝙ illa ſapientia omnibus eſt propinqua. Nam huiuſmodi ſapientia, dicitur ad omnia attingere à fine, uſq; ad finem, ſapientia cap. 8. dicitur ſuper oĩa diuina opera eſſe effuſa, quod non eſſet, niſi omnibus eſſet propinqua et intimæ. Ponuntur autem comuniter tres modi, quomodo Deus eſt ubiq;, & quo modo eſt propinquus & intimus omnibus: Quia eſt ubiq; per præſentiam omnia uidendo et cognoſcendo: per eſſentiam omnia in eſſe conſeruando: per potentiam omnibus dominando: quæ omnia poſſumus ualde congruè diuinæ ſapientiæ adaptare. Nam Deus per ſuam ſapientiam omnia cognoſcit, quia quæcunque ſunt nota ſapienti, ſunt ei nota per ſapiẽtiam: Quæcunq; ergo ſunt nota Deo, ſunt nota per ſapientiam Dei: Et ſicut Deus per ſapientiam ſuam omnia cognoſcit: Sic per eandem omnia in eſſe conſeruat. Nam ſapientia Dei dicitur eſſe cauſa rerum, & Deus per ſuam ſapientiam dicitur res cauſaſſe. Vnde Auguſt. 15. & 6. de Trinita. cap. ulti. ait uniuerſas autem creaturas ſuas et ſpiritales, & corporales, non quia ſunt ideo nouit: ſed quia nouit ideo ſunt: ubi uult, ꝙ ſcientia & ſapientia Dei ſint cauſa rerum. Hoc idem etiam Phyloſophi aſſeruerũt: unde comenta. ſuper 12. met. co. 39. dicit, ꝙ ſcientia Dei cauſat res: ſed ſcientia noſtra cauſatur à rebus. Si ergo Deus per ſuam ſcientiam, & ſapientiam cauſat res, oportet ꝙ ipſe per talẽ ſapientiam eo modo cauſat res ſicut ipſe eſt cauſa rerum: ſed ipſe ſic eſt cauſa rerum, ꝙ eas efficit & conſeruat, ergo oportet ꝙ ipſe per ſuã ſapientiam, res in eſſe producat & in eſſe conſeruet: Quum enim omnia comparẽtur ad Deum, ſicut artificialia ad artificem, quia ut de Deo dicitur ſapientiæ. 7. omnium eſt enim artifex omnem habens uirtutem, oportet ꝙ ſicut in rebus artificialibus uoluntas & ſapientia artificis eſt cauſa rerum artificialium: ſic & in Deo, uoluntas, & ſapientia ſua ſint cauſa omnium rerum, & ideo

pro declaratione huius cõnis uid Egi. ſup. 1. ſen. diſ. 37. & 38. prin. 1. q. 1. et 2. ſen. di. 13. q. 3. ar. 1. & 2.
Quõ ſciã dei ſit cã rerũ uide Eg. ſup. 1. ſẽ. di. 38. prin. 2. q. 1. & 3. quolibet. q. 4. et. 6. quolibet. q. 1. et 2. ſen. di. 13 q. 3. art. 2. uia. 3.
Et co. xij. met. co. 39 uult ꝙ oĩa ꝗ ſunt hic ĩferius ꝑcedãt ab una arte prĩcipali ꝗ ẽ ipſius Dei et Au. 6. đ tr. ca. ult. uide Eg. 1. ſẽ. di. 6. prin. 2. q. 1. & diſ. 18. ꝑn. i. q. 3. ad ꝑmũ.

diciтur in.6.met.ꝙ in diffinitione artificiati ponitur uoluntas, & artificiā tum eſt uolitum,quia ars non progreditur in opus niſi per imperium uoluntatis: Agens enim ſecundum artem eſt agens à propoſito,inde eſt,ꝙ cauſæ rerum dicuntur, dicere Dei,quod pertinet ad ſapiētiam,iuxta illud, ipſe
ps. 32.b. dixit & facta ſunt: & uelle Dei,quod pertinet ad uoluntatem, iuxta illud;
ps.113. omnia quæcunꝗ; uoluit fecit,quod ſic eſt intelligendum,ꝙ in arte, & in ſapientia,artificis relucent ſimilitudines, exemplaria rationes,& Ideæ omniū artificialium.quæ rationes & Ideæ ſunt ſcientiæ,& productiuæ rerum: ſo
voluntas ut la ergo uoluntas artificis non poſſet producere res,quia in uoluntate arti-
uolūtas nō ficis(ut uoluntas eſt) non ſunt Ideæ & rationes productiuæ rerum: ſed ta-
eſt cā pdu lia ſunt in ſapientia,& in intellectu,ideo uoluntas artificis mediante ſapien
ctiua rerū tia, & intellectu progreditur in productionem rerum artificialium: ſicut
ſed rōes & enim,ſi manus debent imprimere formam ſigilli in ceram, quia in ipſa ma-
ideæ q̄ ſūt nu non eſt exemplar figuræ imprimendæ, oporteret ꝙ hoc ageret manus
in ſapiā & mediante ſigillo ubi eſt talis forma,propter ꝙ quantumcunque manus de-
in ĩtellectu terminet ſigillum & moueat ad huiuſmodi impreſſionem,& quantumcun-
uide 2.ſen. que manus poſſit dici cauſa illius formæ impreſſæ, erit tamen huiuſmodi
di.13 q. 3. cauſa mediante ſigillo. Dicimus. n. ꝙ à forma quæ eſt in ſigillo, eſt forma
ar.1.&.2. quæ eſt in cera: ſic & in propoſito,ut patet per Phyloſophū ſeptimo met.
uia.3. t. c. 23. à domo quæ eſt in anima,eſt domus quæ eſt in materia. Quantum cunque ergo uoluntas ædificatoris,ſit cauſa ædifitij: tamen quia in ipſa uoluntate ſecundum ꝙ huiuſmodi non eſt exemplar, & imago ædifitij conſtru
Quō ĩ deo endi:non poterit uoluntas eſſe huiuſmodi cauſa,niſi mediante intellectu: ſic
ſint rōnes ſuo modo,& in propoſito ſe habet.Nam diuina uoluntas eſt prima,& ſum
oīum rerū ma cauſa omnium ut dicit Auguſt.3.de Trinit.cap. 4. Attamen hæc facit
uide 1g.2. diuina uoluntas mediante diuino intellectu, & mediante diuina ſapientia,
ſē.di.1. pte ubi ſunt rerum omnium rationes, quia omnia ſunt condita. Nam ut di-
1. q.3.ar.3 cit Auguſtinus. 83. quæſtionum quæſtione de Ideis: non eſt dicendū Deum
et di.13 q. irrationabiliter omnia condidiſſe, & ait ꝙ ſi hoc rectè dici & credi non
3.art.1.& poteſt. Reſtat ut omnia ratione ſint condita, & quia non eadem ratione
di. 27.prī. conditus eſt homo & equus, ſed ſingula proprijs ſunt creata rationibus,
t.q.1 uia.2 quas rationes non arbitrandum eſt eſſe niſi in mente creatoris. Diuina er-
et ĩ q̄oibus go uoluntas, uel ipſe Deus,nullius eſt cauſa, ꝙ non cauſet illud per ſuam
diſputatis ſapientiam: ſicut ergo Deus eſt cauſa rerum,ſic cauſabit eas per ſapien-
de.1.prī.q. tiam ſuam: Et quia Deus eſt cauſa rerum producens, & conſeruans. Nil
2.uia.1. et conuenientius quàm per ſapientiā ſuam, res non ſolum in eſſe producat:
q.3.uia.2. ſed etiam in eſſe conſeruat, imaginabimur enim quòd & multo amplius, ac

eſt in efficatius ſicut à forma ſigilli tanquàm ab exẽplari cauſa eſt forma in materia aliqua; ſic ab exemplaribus rerum in mente Dei, ſunt res in propria natura, & imaginabimur q̃ res ſunt magis fluxibiles ad retinendum ſine præſentia Dei impreſsionem factam à Deo, uel naturam eis impreſſam ab exemplaribus diuinis q̃ ſit Aqua fluxibilis ad retinendum formam ſigilli: ſicut ergo ſemper oportet eſſe ſigillum præſens ipſi Aquæ, ut conſeruetur in forma à ſigillo impreſſa: ſic ſemper oportet Deum, uel diuinam ſapientiam, uel exemplaria rerum exiſtentia in illa ſapientia, eſſe præſentia rebus ad hoc q̃ conſeruentur in eis naturæ impreſſæ ab exemplaribus illis. Deus ergo per ſapientiam ſuam (ut ſupra diximus) eſt omnia proſpicitiens & omnia producens, & conſeruans: Eſt etiam per huiuſmodi ſapientiam omnibus dominans. Nam dominari potisſimè attribuitur ſapienti, iuxta illud prouerbiorum. 17. ſeruus ſapiens dominabitur filijs ſtultis. His itaque tribus modis; uidelicet omnia conſpitiendo, omnibus dominando, omnia producendo & conſeruando eſt Deus ubiq; per ſapientiam ſuam: ſed quarto modo eſt in bonis & ſanctis uiris eis gratiam & dona largiẽdo, & eſt quinto modo in malis iuxta ſua opera in eis iuſtitiam exercendo, uel paratus iuſtitiam exercere: Ex quibus quinque, habentur quinque, propter quæ quis potisſimè timet, & potisſimè obedit Domino ſuo. Nam q̃ quis Dominum ſuum non timeat, uel ei in ſuis mandatis non obediat, quantum ad præſens ſpectat, ex quinque poteſt contingere. Primo ſi non credat illum Dominum omnia conſpicere: Secundo ſi non credat ipſum omnibus dominari: Tertio ſi non credit ipſum dominari faciliter. Nam ſi quis crederet Dominum ſuum omnia ſcire, & eum ubiq; dominari, tamen ſi opinaretur eum non dominari faciliter, poſſet intra ſe dicere q̃ ſecure poſſet ſore facere contra dominum illum, quia etiam ſi talis Deus poteſt ubiq; dominari, & ubiq; ſua iuditia exercere, quum difficile eſt ei hoc facere, q̃ ſuum delictum remanere poterit impunitum. Quarto, quis aliquando non obedit domino ſi credat ipſum non eſſe gratioſum & liberalem: Dicunt enim homines, quare ſeruiemus tali Domino, nihil præmij conſequemus ab illo: ſed quia homines libenter uolunt gratias & retributiones, & multum timent perdere eas libenter ſeruiũt Domino, et timent offendere eum quem ſciunt eſſe liberalẽ, & gratioſum. Quinto aliquis poteſt eſſe non ſollicitus ad obediendum Domino, & ad timendum eum, ſi credat ipſum non punire mala, uel non infligere pœnas, iuxta delinquentium delicta. Cùm ergo Deus per ſapientiam ſuam omnia proſpiciat, omnibus dominetur, & omnibus dominetur faciliter, quia per illam ſapientiam ſic dominatur, quòd

Deus eſt in uiris ſanctis p opa recreationis, & p gratiã adoptionis.

iuxta illud Petri Mat. 19. ecce nos

omnia conſeruat, itaq; ſtatim periret res, ſi ſolum ſe ſubtraheret: Omnia igitur ualde ſubſunt dominio eius, quum ad momentum ſine ipſo eſſe non poſſunt. Quarto Deus per ſapientiam ſuam eſt præſens omnibus bonis & iuſtis, dando eis ſuam gratiam, & ſua dona: Et quinto eſt præſens omnibus malis in eis ſuam exercēdo iuſtitiam, uel paratus ſuo tempore iuſtitiam exercere: propter q̄ patet qualiter debemus obedire, qualiter debemus eum timere. Debemus enim hoc facere tanq̄ ei, cui nullum ſcelus noſtrum poteſt eſſe ignotum, tanquàm ei ſub cuius dominio cuncta ſunt poſita, qui omnibus faciliter dominatur, & ad ſuum nutum omnia fiunt, tanquàm ei ſub quo nullum bonum irremuneratum, & nullum malum relinquitur impunitum.

reliquimus oīa & ſecuti ſanus te q.d ergo erit nobis et p̄s.118. i.cli naui cor meū ad faciendas iuſtificatiōes tuas pp retributionē.

Cap. XVII. In quo oſtenditur quomodo ex ſexta laude diuinæ ſapientiæ, q̄ omnia in omnibus operatur & omnimode fœcunda ſoluitur ſexta quæſtio, qualiter pro beneficijs ſuſceptis debemus Deo gratias agere.

Ad maiorē dclarōnem eorū q̄ hic dn̄r uide E gi.1.ſen.d. 35 q.2. arti.primo. 1.rō ,pbās deū eē cām oīs nāe ſumitur ex eo q̄ dus nō ē qd cāū de hoc uide E gi.ī qōibus diſputatis de 1. prin. q.i et 2.ſē. di.1. parte

h Is itaq; peractis, uolumus de ſexta laude diuinæ ſapientiæ agere, uidelicet, de eius fœcunditate. q̄ ſic fœcunda eſt, q̄ omnia in omnibus operatur. Ideo dicebat pſalmus. 44. DICO EGO OPERA MEA REGI quaſi dicat opera mea, operatus eſt in me REX, uel operatus eſt in me Deus: Ideo ego dico .i. recognoſco, & confiteor, ea ſibi tanquàm opera ſua, magis quàm mea: Ex hac autem laude diuinæ ſapientiæ q̄ ſic fœcunda eſt, q̄ omnia in omnibus operatur: poſſumus ſoluere quæſtionem ſextam qualiter pro ſuſceptis benefitijs debemus Deo gratias agere. Ponuntur autem à Dyoniſio in libro de diuinis nominibus cap. 8. & Damaſceno ſecundo libro ſent. cap. 23. tria eſſe in omnibus rebus, ſubſtantia. Virtus, & operatio; ſecundum quæ tria, poſſumus tangere quinque, quæ diuina ſapientia propter ſuam fœcunditatem operatur in omnibus rebus. Nam ipſe Deus, per ſuam ſapientiam omnibus rebus dat ſubſtantiam, uirtutem, & operationem, & omnia conſeruat in ſua ſubſtantia, & uirtute, & etiam in ſua operatione. Largitur enim Deas per ſuam ſapientiam omnibus rebus ſubſtantiam, & naturam. Nam ut probat Dyoniſius in. 4. de diuinis nominibus. Binarius non habet rationem principij, ſed unitas: Ideo quibuſcunq; duobus demoſtratis ſecundum ipſum; vel unum cauſatur ab alio, uel ambo,

à tertio, illud ergo quod à nullo cauſatum eſt, conſequens eſt, ꝙ ſit omnium cauſa. Quia ſi aliquod eſſet non cauſatum ab eo, tunc illa duo ſic ſe haberẽt, ꝙ unum non eſſet cauſatum ab alio, nec ambo eſſent cauſata à tertio. Nam quum ponatur alterum illorum non cauſatum, non poterunt ambo illa eſſe cauſata ab aliquo, eo ergo ipſo, ꝙ Deus non eſt cauſatus ab alio, conſequens eſt, ꝙ omnia ſint cauſata ab ipſo, ut nulla ſit natura, quæ ſubterfugere poſſit cauſalitatem eius: Et non ſolum ex eo ꝙ competit Deo negatiue, ut quia non eſt quid cauſatum, poſſumus ipſum oſtendere eſſe omnium cauſa: ſed ẽt poſſumus hoc idem concludere ex eo ꝙ competit Deo poſitiue: ut quia eſt ipſum eſſe, & quia ſummè habet eſſe, ex hoc omnia produxit in eſſe: & nulla eſt natura, quæ non ſit ab eo producta: Dicemus enim cum Phyloſopho in 2. met. t. c. 4. ꝙ illud quod eſt maximè tale, eſt cauſa omnium aliorum: ut maximè calidum eſt cauſa omnium calidorum: ſic illud quod eſt ſummè ens, eſt cauſa omnium entium. Nam ſicut uidemus in alijs perfectionibus: ſic arbitrari poſſumus in ipſo eſſe, ut ſi calor eſt quædam perfectio, calor qui eſt in materia non habet omnem rationem caloris: quia limitatur iuxta capacitatem recipientis: ſed ſi eſſet calor ſeparatus, haberet omnem rationem caloris, ſic eſſe in materia, non habet omnem rationem eſſendi: ſed in ipſo eſſe ſeparato eſt omnis ratio entitatis. Nihil ergo ꝙ habet in ſe materiã, uel aliquod materiale eſt ſummè ens. Deus itaq; qui eſt ipſum eſſe ſeparatum, eſt ſummè ens, & habet in ſe omne eſſe, & eſt cauſa omnium ꝙ habeant eſſe: Naturæ ergo creatæ, quia hoc modo productæ ſunt, inquantum comunicatum eſt eis eſſe; quum omne tale eſſe ſit cauſatum à primo eſſe, & ab ipſo Deo qui ſummè eſt: conſequens eſt ꝙ ipſe ſit cauſa omnium naturarum: Et hæc eſt uia Aug. 12. de ciui. dei cap. 5. ubi ait, ꝙ Deus qui ſummè eſt, ab eo facta eſt omnium eſſentia quæ non ſummè eſt: Et comenta. exponens illud Phyloſophi 2. met. com. 4. ꝙ id quod eſt maxime tale eſt cauſa omnium aliorum, ait, ꝙ unum eſt per ſe ens, & per ſe uerum: omnia autem alia ſunt entia, & uera per eſſe, & ueritatem eius: Ab ipſo itaque Deo eſt omnis natura, ab eo etiam eſt omnis uirtus probatur. n. in lib. de cauſis, ꝓpoſitione 20. in 3. parte principalis comenti, ꝙ Deus in ſua actione non indiget alio continuatore, omnis enim alia natura, & quæcunque alia ſubſtantia, continuatore indiget, ad hoc ut agat, quia nihil creatum immediate per ſuam ſubſtantiam agit formæ enim ſubſtantiales, (ut probat comentator. 7. meta. comento. 31. non ſunt immediatum principium actionum ſuarum: ſed oportet ꝙ ſubſtantijs, & naturis creatis ſuperaddatur eis uirtus, quæ ſit immediatum actionis principium. Cùm ergo res creata agit, ut per actionem

1. q. 2. ar. 3 uia. 3.

2. rõ ſumitur ex eo ꝙ Deo cõpetit omne eẽ hãc rõnem uide ab eg. q. 2. đ 1. p̃n. uia. 2. et 2. ſen. di. 1 p̃te 1. q. 2 ar. 3 et 1. ſen. di. 8. p̃te. 1. p̃n. 1. q. 1. et 2. et parte. 2. pri. 2. q. 2.

Eſſe ꝙ recipitur ĩ mã nõ hẽt oẽm rõnẽ eẽndi qa. limitatur ſcđum capacitatẽ recipientis uide egi. 5. quolibet. q. 1. et in qõibus diſputatis de. 1. prin. q. 3 et. q. 1. de menſura angelorũ in rõne. 4 & . 2. ſen. diſ. 3 4. q. 2. ar. 1.

uniatur rei actę, indiget continuatione .i. indiget aliqua uirtute ſuperaddita, quæ continuet agens cum patiente, quia Agens creatum non agit per ſuam ſubſtantiam, Ideo non poteſt ſic ſe continuare paſſo, nec poteſt in actionem progredi, ſed oportet q̃ hoc faciat per aliquam uirtutem ſuperadditam ſuæ naturæ. Nihil ergo creatũ eſt ſua uirtus: ſed eſt participans uirtutem. Deus autem qui inmediate agit per ſuam ſubſtantiam, & qui non indiget aliquo ſuperaddito ad agendum, oportet q̃ ſit ſua uirtus, & q̃ non ſit participans uirtutem. Quum ergo eſſe quod eſt eſſentialiter tale: ſit cauſa omnium aliorum quæ ſunt per participationem: conſequens eſt, q̃ Deus non ſolum ſit ſummè ens ſit cauſa omnium ſubſtantiarum, ſed tanq̃ id quod eſt eſſentialiter ſua uirtus, ſit cauſa omnium uirtutum. Vnde & in libro de cauſis, uirtus diuina dicitur eſſe uirtus uirtutum: propter q̃ in .16. propoſitione dicti libri ſcribitur, q̃ omnes uirtutes pendentes ſunt per infinitum primum, quod eſt uirtus uirtutum. Diuina itaq; ſapientia ſic eſt fœcunda in rebus, q̃ eſt cauſa in eis omnium naturarum, omnium uirtutum, & etiam omnium operationum. Nam operatio in rebus ſemper dependet ab eo quod eſt primum operans: ſicut omnis motus hic inferius ſecundum naturæ curſum quem uidemus, dependet à primo motu, itaq; ſi ceſſaret primus motus, (niſi Deus inmutaret hunc ordinem quem indidit rebus) ceſſaret & omnis alius motus. Vnde Philoſophus. 8. Phyſi. t. c. primo, appellauit motum primum uitam in entibus, quia (ſecundum com.) Ille motus primus reſpectu omnium aliorum mobilium ſe habet quaſi uita quia ſuo modo ſe habet ſicut anima in rebus uiuis. Nam ſicut motus uitæ in rebus uiuis fit ab anima itaq; ſeparata anima, nullus motus uitæ remanet in corporibus: ſic ſuo modo omnis motus ſimpliciter in oĩbus alijs rebus mobilibus fit à primo motu, itaq; ceſſante illo motu ceſſaret omnis alius motus. Ita igitur quia Deus eſt primum operans, eſt cauſa omnium aliarum operationum, & eius eſt efficere omnia alia opera, ideo dicebat Dominus in Euangelio, ſine me nihil poteſtis facere, Io. 15. & Iſaia. 26. ſcribitur, omnia .n. opera noſtra operatus eſt in nobis Dominus Deus noſter. Quarto tanta eſt fœcunditas diuinæ ſapientiæ, q̃ non ſolum omnibus dat, ſubſtantiam uirtutem; & operationem, ſed omnia conſeruat in ſua ſubſtantia, & in ſua uirtute, unde Augu. in libro confeſſionum ait, q̃ ſine eo eſſe uolebat, ſine quo eſſe non poterat, propter q̃ omnes ſubſtantiæ conſeruantur à Deo, in ſuo eſſe: ſic etiam conſeruantur omnes uirtutes: alioquin, non eſſet Deus uirtutum. Quinto, tanta eſt fœcunditas diuinæ ſapientiæ, q̃ non ſolum eius eſt creare omnia opera aliorum, ſed eius eſt omnia conſeruare in ſuis operibus. Diſtinguentes hanc

Tertiũ q̃d opatur in creaturis diuina uirtus ẽ opo. & com. 12 met. co. 18 inquit q̃ natura nõ ĩcẽdit niſi rememorata à ſuperioribus cauſis q̃ ſũt de⁹ & intelligẽtiæ uide Egid. 1. ſen. di. 43. prin. 2 q. 1.

conſeruationem,à conſeruatione ſubſtantiæ & uirtutis ipſam autem conſeruationem ſubſtantiæ,& uirtutis non diſtinximus ab inuicem, quia & ſubſtantia,& uirtus creaturarum ſunt de genere permanentium,operatio autem creaturarum poteſt eſſe de genere ſucceſſiuorum et maximè ſi illa operatio,uel illa actio ſit fundata in motu, ſecundum quem modum loquitur de actione ille auctor. 6. principiorum in cap. 3. de actione qui ait Quod omnis actio in motu fundatur, cùm ergo aliud ſit eſſe ſucceſſiuorũ,& aliud ſit eſſe permanentium,quia ſucceſſiuorum eſſe,eſt in ordine partium, non in ſimultate partium. Nam quum totus motus factus eſt,nullus ulterius motus eſt,q̃ innuit Aug. 11.confeſſionum ca. 13. ubi uult q̃ quia noſtri anni tranſeunt,ideo iſti anni tunc omnes erunt,quum omnes non erunt: Non eſt ergo eſſe ſucceſſiuorum in ſimultate partium: uel in complectione partium, uel in eſſe totum: ſed in ordine partis ad partem,ut tam diu durant ſucceſſiua, q̃ diu pars ſuccedit parti: ut quum totum ſucceſſiuum factum eſt, non amplius eſt. Permanens autem,econtra: non eſt propriè, niſi quum totum eſt: Et quia aliud eſt eſſe ſucceſſiuorum,& permanentium: oportet nos aliter loqui de conſeruatione in eſſe unius,& alterius,propter q̃ per ſe mẽtionem fecimus de conſeruatione rerum in operibus ſuis diſtinguentes hanc conſeruationem,à conſeruatione rerum in ſuis ſubſtantijs,& uirtutibus. Deus autem non ſolum dat rebus q̃ operentur: Sed etiam dat eis q̃ conſeruentur in operibus ſuis. Ideo Auguſt. 9. ſuper Geneſin,cap. 15. dicit q̃ ſi Deus ſubtraheret occultam ſuam operationem extincta remaneret operatio naturæ. Innuens ex hoc,q̃ operatio aliorum agentium non poteſt durare,nec conſeruari in eſſe ſine operatione Dei. Ex hac ergo fœcunditate diuinæ ſapientiæ, quia ita fœcunda eſt,q̃ opatur in nobis ſubſtantiã,uirtutẽ,et operationẽ,et quia conſeruat nos in noſtra ſubſtantia & uirtute,& etiam in noſtra operatione,apparere poteſt qualiter debemus Deo reffere gratias de benefitijs ſuſceptis. Nam ſolus Deus eſt diues per ſeipſum ut dicitur in libro de cauſis propoſitione. 21. Nos autem ſumus diuites ex mutuatis, inquantum. ſ. Deus uult nobis mutuare,& nos participes facere de bonitatibus ſuis. Nihil ergo habemus quod non acceperimus. Ideo Deo tanq̃ mutuanti, & præſtanti nobis omnia bona, ſubſtantiam uidelicet,uirtutem,& operationem,et conſeruanti nos in talibus bonis debemus in omnibus gratias agere,iuxta illud prima ad Theſalo. 5. In omnibus gratias agite. Aduertendum autem q̃ licet ſupra quum agebamus, qualiter debemus timere Deum & obedire ſibi,aliqua tangeremus de conſeruatione rerum per diuinam ſapientiam: Et hic aliqua de hoc tetigerimus,non debet hoc inconueniens exiſtimari, ſi ex

Quarto q̃d opatur ĩ rebus diuina ſapiã eſt q̃ res creatas et uirtutes in eẽ cõſeruat uide Egi. in expõne pmæ ptis co. 3. ppõnis & 4. quolibet q. 14. et. 5. quolibet. q. 12.

Quintũ q̃d facit diuina uirtus ẽ q̃ cõſeruat o pones rerũ uide Egi. 6 quolibet q. 2.

Cap. 16.

uno & eodem multipliciter in Deum ſerrimur, ut quia Deus conſeruat nos in eſſe debemus eum ex hoc timere, & debemus ſibi gratias agere.

Cap. XVIII. *In quo oſtenditur quomodo ex ſeptima laude diuinæ ſapientiæ, quia illa ſapientia eſt ſic efficax, et uirtuoſa, ſoluitur ſeptima quæſtio, quomõ eſt Deo in omnibus ſeruiendum.*

Ultimo uidendum eſt de ſeptima laude diuinæ ſapientiæ, per quam ſoluemus ſeptimam quæſtionem. Qualiter debeamus Deo ſeruire. Non enim eſt idem omnino, eſſe fœcundum, & efficax. ſed Fœcunditas magis ſonat in multitudine productorum. Efficatia uero in uelocitate & habilitate producendi. Cùm enim illa diuina ſapientia ſit tantæ efficatiæ, ꝙ omnia bona ab ea ſimus ſortiti, ſecundùm omnia debemus ſibi ſeruire. Nam & omnia nobis Deus, ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ dedit, & in omnibus fuit efficax ad dandum, Et ideo ſecundum omnia debemus ſibi efficaciter ſeruire. Omnia autem noſtra, in tres partes diſtinguntur. ſ. in animam, corpus, & res exteriores. Animam quidem ſiue animæ potentias in tres partes ſimiliter poſſumus diuidere, in Intellectum, voluntatem, & in potentias inferiores quæ ſunt potentiæ organicæ. Deo ergo ſic debemus ſeruire, ut omnia iſta quinq; ordinemus ad ipſum, & ad obſequium eius, & ad honorem, & reuerentiam ipſius, uidelicet, Intellectum, uoluntatem, uirtutes organicas, ſiue corporales. Ipſum corpus, & ipſas res exteriores debemus ei in obſequium, & in honorem et reuerentiam eius efficaciter ordinare, noſtram mentem, ſiue intellectum aſſiduè de ipſo meditando Ideo dicitur Deuterono. 6. uerba q̃ ego præcipio tibi hodie in corde tuo erũt, & enarrabis ea filijs tuis & meditaberis ſedens in domo tua & ij. ſcribitur Ponite hæc uerba mea in cordibus ueſtris, & in animis ueſtris, & ſuſpendite ea in omnibus, & inter oculos ueſtros collocate docete filios ueſtros, ut illa mediteꝛtur. Sic. n. cor noſtrum, & intellectum, & mentem debemus ordinare in obſequium Dei, ut ſemper meditemus de eo ut non conſentiamus peccato, & ne prætermittamus præcepta Dei. (iuxta illud quod dicebat Tobias filio ſuo cap. 4.) omnibus autem diebus uitæ tuæ, in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta Dei: ſecundo debemus ſeruire Deo, non ſolum in obſequium Dei, ordinando mentem, & intellectum, aſſiduè meditando de ipſo: ſed etiam ſic debemus ordinare uoluntatem

Ad maiorẽ dilucidationẽ huius q̃ſtionis uid Egi. 4. quolibet. q. 14. Quõ aĩa et eius põiæ ſint idẽ uel nõ u. đ Egi. 1. ſen. di. 3. pte 2. p̃n. 3 ar. 2. & 3. quolibet q. x. et ĩfra et' in 1. lib. de regimine prin. pte 2. cap. 1.

tatem & affectum habendo deuotionem in ipſo, ut oremus, & pſallamus Deo: & in laudem eius moueamur, non ſolum mente. i. intellectu: ſed etiam ſpiritu. i. ſpirituali deuotione, & uolũtate, & affectu (iuxta illud prima cor. 14.) orabo ſpiritu: orabo, & mente: pſallam ſpiritu: pſallam, & mẽte, quæ duo cõnexa ſunt. Nam ſi diligimus, & deuotionem habemus in lege Dei: oportet ꝙ meditemur de ea. Immo in hoc maximè exprimitur, & inſinuatur dilectio noſtra & deuotio ad Deum, & ad legem Domini, quando tota die. i. aſſidue meditemur de eo (iuxta illud pſalmi. 118.) Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die mediatio mea eſt. Tertio debemus ſeruire Deo, ordinando in obſequium eius, uires animæ inferiores: & uirtutes corporales, quæ poſſunt dici membra noſtra, quia ſunt perfectiones membrorum, & perfectiones organorum (iuxta illud Apoſtoli ad Rom. 6.) humanum dico, propter infirmitatem carnis ueſtræ: ſicut. n. exhibuiſtis membra ueſtra, ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem. Ita nunc exhibete membra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem: condeſcendit. n. Apoſtolus in infirmitati noſtræ. Nam quum poſſet præcipere, ꝙ lõge amplius, membra noſtra. i. uirtutes noſtras organicas, et uires animæ inferiores, et etiam omnia noſtra ordinaremus ad iuſtitiam: q̃ ordinauerimus ad iniquitatem; quia longe amplius debemus ſeruire Deo, q̃ ſeruiremus mundo. Ipſe tamen Apoſtolus humanè ſe uolens habere ad nos, cõdeſcendit infirmitati noſtræ, & mandat ꝙ conuerſis ad Deum ſeruiamus Deo, & iuſtitiæ: ſicut quando eramus auerſi ſeruiebamus iniquitati. Quarto debemus in obſequium Dei ordinare corpus noſtrum, Ipſum adorando, genuflexiones, & inclinationes, & reuerentias etiam corporales ei exhibendo. Nam ſicut habemus à Deo non ſolum animam: ſed etiam corpus: Sic ad obſequium eius utrunq; ordinare debemus. Ad hoc autem ſeruitium reducitur omnis maceratio corporis, & quicquid in corpore noſtro facimus pro Deo, quia totum eſt ad obſequium Dei. Ideo dicitur Apoca. 14. Timete Dominum, & date illi honorem (& ſequitur) adorate eum qui fecit Cœlum & Terrã, Mare & omnia quæ in eis ſunt. Quinto debemus ordinare in obſequium Dei ipſas res exteriores (ſi quas habemus.) Nam ſicut animam & corpus habemus à Deo; ſic ab ipſo habemus res exteriores. Ideo ſcribitur Prouer. 3. Honora Deũ de tua ſubſtantia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus: et implebũtur horrea tua ſaturitate & uino, Torcularia redundabunt: Vbi innuitur ꝙ quum à Deo habeamus iſta temporalia, bene utimur eis, ordinando ea in obſequium Dei, & in pauperes diſtribuendo ea: quod faciendo, Deus multiplicabit nobis ea. Ad hoc autem obſequium, reducuntur omnes oblationes

dilectio noſtra erga deũ maxime ex primitur ꝑ aſſiduam meditationem præceptorum.

Deo dixit apoſtolus (humanũ dico) qa hæc mũdũ ẽ pfecta sđ quodãmõ adulta iuſtitia, plena. n iuſtitia plus exigit ẽt plus đđm fuit ſi illi ferre potuiſſent.

Nõ. n. bonorũ exteriorũ et tpaliũ ſumus poſſeſſores ſed tantũ diſpẽſatores quoniã domini ẽ terra & plenitudo eius.

quas ſacimus in Eccleſia: Et quæcunque temporalia in Dei obſequium ordinamus, nec ſunt peioris conditionis promitentes paupertatem, non ualentes huiuſmodi oblationes facere, nec temporalia conferre, non habentes aliquid proprium nec ſubſtantiam, de qua hoc poſſint adimplere, quia promittentes paupertatem (ſi hoc faciũt diuino ſpiritu ducti, & ſi ſunt pauperes ſp̃ũ) plus offerũt Deo de tpalibus, q̃ aliquis alius offerat: qa offerũt ei nõ ſolum quæ habent: ſed etiam quæ poſſunt habere, ut magis ſeruitio Dei uacare ualeant. Sic totum Deo offerunt, ut de cætero non liceat eis aliquid proprium poßidere. Quum ergo quæritur qualiter debemus Deo ſeruire, dicemus, q̃ ſecundum omnia noſtra debemus ſibi famulari. Debemus enim ei famulari ſecundum intellectum, de ipſo aſſidue meditando; & ſecundum affectum, ad ipſum ſine intermisſione deuotionem habendo, ſecundum uires inferiores animæ, eas in Dei obſequium ordinando, ſecundũ corpus noſtrum, corporales ad orationes, & genuflexiones, et inclinationes pro eo faciendo, & macerationes in ipſo noſtro corpore pro ipſo tollerãdo. Debemus etiã ei ſeruire de propria ſubſtantia ſi. n. habemus ipſam (pro ut facultas ſe offert) in oblationes eccleſiarum, & ſubuentiones pauperũ ordinando. Et in hoc imponatur finis huic tractatui: quem intitulari uolumus (DE LAVDIBVS DIVINAE SAPIENTIAE:) quia ſecundum præaſſignatas cauſas de diuina ſapientia: omnia à uobis poſtulata, effectui demandauimus: Et ſoluimus uobis, omnes propoſitas quæſtiones. Quod quia, ſine te Dñe Ieſu Chriſte fieri non poterat, Tibi ſit honor, & gloria, in ſecula ſeculorum. Amen.

Nõ minoris meriti digni ſunt non ualentes ſoluere eleemoſinã ob paupertatis uotũ immo maioris ſi recte ſe uouerũt, q̃ ãplas eleemõſinas tribuendo.

Epilogus.

Deprecatio.

FINIS.

Explicit tractatus de laudibus diuinæ ſapientiæ Domini Aegidij Romani Columnæ Archipreſulis Bituricenſis, & ſacræ Theologiæ doctoris fundatisſimi ordinis Sancti Auguſtini, per F. Zachariam Mediolanenſem emendatus et ſuæ priſtine integritati reſtitutus, et nunc primo in lucem editus.